

Oratio de corona navali (περὶ τοῦ στεφάνου τῆς ναυραρχίας), in corpore orationum Demosthenicarum loco quinquagesimo primo memoriae tradita, a veteribus grammaticis et criticis ad causas Apollodori illius, Pasionis trapezitae filii, videtur adscripta esse, quarum ordini in libris mss. inserta est. Libanius quidem, sive quisquis auctor est brevis argumenti, quod in libris hanc orationem antecedit, Apollodorum eam in sua causa habuisse pro certo affirmat¹⁾. Sed hanc sententiam nullo modo stare posse, cum alias ob causas tum propter temporum rationem, immo Libanium falsa similitudine eius, quae in libris praecedit orationis, ab Apollodoro adversus Polyclem habitae, deceptum esse, his temporibus luculente demonstravit A. Schaefer²⁾. Inter recentioris aetatis viros doctos de auctore huius orationis magna est dissensio. Plerique eam propter elocutionem Demostheni abiudicandam esse censent, ut A. G. Becker³⁾, G. Baiter et H. Sauppe⁴⁾, G. E. Benseler⁵⁾. Alii, ut A. Schaefer⁶⁾, A. Kirchhoff⁷⁾, J. Sigg⁸⁾ auctorem esse putant Cephisodotum quendam, qui patronus eius, qui causam dicit, fuit (Cf. § 1 Κηφισοδότου λόγον μοι συνειρηζότος). Denique genuinam esse hanc orationem affirmaverunt I. Herrmann⁹⁾, F. Lortzing¹⁰⁾, A. Hoeck¹¹⁾, imprimis autem F. Blass¹²⁾, qui Demosthenem hanc orationem non modo scripsisse, sed etiam ipsum in sua causa habuisse satis gravibus causis allatis demonstrare studuit. F. Blassii sententia, postquam orationem denuo in examen vocavi eiusque dictionem et compositionem quam diligentissime potui cum ceteris Demosthenis orationibus comparavi, mihi quoque probatur, ac liceat mihi, cum egregius ille vir secundum libri sui rationem modo in universum de hac re disputaverit, paulo fusius eam tractare nonnullaque proponere, quae ad firmandam hanc sententiam pertinere existimem; simul spero me et ad explicationem huius orationis et ad elocutionem Demosthenicam accuratius cognoscendam aliquantulum conferre posse.

Ac primum quidem causam, quae agitur, paucis explicabo, tum de dispositione breviter disseram, denique elocutionem et compositionem diligentius perscrutabor, ita, ut hanc orationem cum reliquis Demosthenis orationibus ubique quam accuratissime potero comparem. Nam talem comparisonem ad certum iudicium de origine alicuius orationis faciendum summi momenti esse verissime dicit F. Blass¹³⁾.

¹⁾ Argum. vs. 9 Ἀπολλόδορος οὗν ὁ Πασίωνος πρότος τὴν ναὺν περιουσίαν ἔλαβε τὸν στεφάνον. προτεθείσης δὲ πάλιν δοκιμασίας, ὅστις κάλλιστα παρεσκευάσατο τὴν τριήρη, στεφανώσαι καὶ τούτον, ἀντιποιεῖται καὶ τόθ' ὁ Ἀπολλόδορος. ²⁾ Demosthenes u. seine Zeit III¹, Lipsiae 1858, append., p. 154 sq. ³⁾ Demosthenes als Staatsmann u. Redner, Halis Saxonum 1815, p. 465. Becker ne habitam quidem hanc orationem, sed declamationem rhetoris cuiusdam posterioris aetatis esse putat; sed quicunque eam vel obiter perlegerit, tantam dicendi vim atque rerum civilium scientiam inesse facile concedet, quantam nemo habere poterat nisi orator aequalis. Cf. A. Schaefer, l. l. ⁴⁾ Oratores Attici, Turici 1839—43, praefatio Demosthenis p. XIII. ⁵⁾ De hiatu in oratoribus Atticis et historicis graecis, Fribergae 1842, p. 134. 152 sq. ⁶⁾ l. l., III¹ append., p. 157. ⁷⁾ Abhandlungen der Kgl. Akad. d. Wiss. zu Berlin 1865, p. 106. ⁸⁾ Jahrb. f. klass. Philol. u. Paedagog., Suppl. VI (1872—73), p. 433. ⁹⁾ De tempore, quo orationes, quae feruntur Demosthenis pro Apollodoro et Phormione, scriptae sint, Erfordiae 1842, p. 20. ¹⁰⁾ De orationibus, quas Demosthenes pro Apollodoro scripsisse fertur, Berolini 1863, p. 94. ¹¹⁾ De rebus ab Atheniensibus in Thracia . . . gestis, Kiliae 1876, Thes. 2. ¹²⁾ Die attische Beredsamkeit III², Lipsiae 1893, p. 242—249. ¹³⁾ Demosthenis orationes ex rec. G. Dindorfii III¹, Lipsiae 1891, p. III: „Non minimum adiumentum in comparatione similium locorum situm esse omnes scimus: qui si diligenter indagentur, etiam id haud raro contingit, ut de orationum ipsarum origine vel rectius vel confidentius indicare possimus.“

1. De causa, quae agitur ¹⁴).

Populus Atheniensium, cum expeditionem navalem facere et naves complere constituerat, interdum eis trierarchis, qui primi naves instruxissent, honorem coronae aureae decernebat. Velut in titulo ex Ol. 113,4 = 325/4 a. Ch., qui pertinet ad coloniam a Miltiade quodam ad oram maris Adriatici deducendam, a populo eis tribus trierarchis, qui primi naves exornassent, coronae aureae decernuntur, prima quingentarum, altera trecentarum, tertia, ut videtur, ducentarum aut centum quinquaginta drachmum¹⁵). Quae coronae plerumque festis publicis, Dionysiis, Panathenaeis, Eleusiniis partim in theatro, partim in foro aut comitio a praecone renuntiari, tum ab eis, qui acceperant, dis voveri solebant¹⁶). Oriebatur sic inter trierarchos quasi certamen (ἀγών), ac fieri poterat, ut plures, quorum suam quisque se navem primum ornatam habuisse contendebat, coronas illas sibi vindicarent. Qui si bona cum gratia controversiam componere non potuerant, res ad indices deferri solebat. Cuius generis est haec causa. Nam cum Athenienses circa Ol. 105,1 = 360/59 a. Ch. multis et variis angustiis pressi maritimi imperii curam suscipere navesque complere constituissent, decretum factum est, ut qui primus e trierarchis navem instructam haberet, coronam acciperet. Quam coronam is, qui causam orat, sibi vindicat, quippe qui primus navem suam exornaverit (§ 1 νῦν δὲ τῷ πρώτῳ παρασκευάσαντι τὴν τριήρη τὸν ταμίαν προσέταξεν ὁ δῆμος δοῦναι (sc. τὸν στέφανον), πεποίηκα δὲ τοῦτ' ἐγὼ διό φημι δεῖν αὐτὸς στεφανοῦσθαι); sunt autem, qui idem de se affirmantes coronam ipsi quoque postulent et cum illo de ea litigent. Pertinebant tales lites ad διαδικασίας q. v., quibus duo vel plures rem quandam aut magis sibi addicendam quam alteri aut minus a se exigendam esse quam ab altero contendunt¹⁷). Acta est haec lis apud senatum quingentorum¹⁸), summum totius rei navalis magistratum, qui apparatus expeditionum navalium observare¹⁹) atque, ut omnia ordine fierent, interdum ad portum ipsum convenire ibique in mole (χῶμα), ubi naves ad ancoras deligatae iacebant, sessiones suas habere solebat, quoad classis ornata et profecta erat²⁰). Ex hac mole naves, ubi ornatæ et collectae erant, uno tempore in altum provehebantur²¹). Alvei navium iacebant in receptaculis navalibus (νεώσοικοι), quorum nonnullae reliquiae etiamnunc exstant²²); ibidem armamenta lignea (σκεῦη ξύλινα) asservabantur, cum ad armamenta pensilia (σκεῦη χρευστά) peculiare armamentarium (σκευοθήκη) pertineret²³). Curam ac tutelam horum

¹⁴) De his, quae sequuntur, consulendus est imprimis A. Kirchhoff, Ueber die Rede vom trierarchischen Kranze, l. l., p. 65—106; praeterea A. Schaefer, l. l., III¹ append., p. 152—157. F. Lortzing, l. l., p. 12—13. R. Dareste, les plaidoyers civils de Démosthène I, Lutet. Paris. 1875, p. 216—219. F. Blass, l. l., III², p. 242—244.

¹⁵) C. I. Att. II 809 Col. a, vs. 183 sq. τοὺς δὲ τριηράρχους τοὺς καθ' ἑστῆκότος παρακομίζεῖν τὰς ναὺς ἐπὶ τὸ χῶμα ἐν τῷ Μονηχωῖν [μητρί] πρὸ τῆς δεκάτης [ισταμένην] καὶ παρέχειν [παρεσκευασμένας] εἰς [πλοῦν] τὸν δὲ πρώτον παρακομίσαντα στεφανοῦσάτω ὁ δῆμος χρευστά σκεῦα [ἀπὸ] πεντακοσίων δραχμῶν, τὸν δὲ δευτέρον ἀπὸ τριακοσίων [δραχμῶν], τὸν δὲ τρίτον ἀπὸ . . . καὶ ἀναγορεύσάτω ὁ κῆ[ρυξ] τῆς βουλῆς θωρηγῆσθαι τὸν ἀγῶνα τοὺς στέφανους. ¹⁶) De coronandi more nuper diligentius egerunt A. Dittmar, de Atheniensium more exteros coronis publice ornandi, Stud. Lips. XIII (1891), p. 66 sq. et G. Schmitthenner, de coronarum apud Athenienses honoribus, Berolini 1891. Cf. etiam U. Köhler, Mittheil. d. archaeol. Inst. z. Athen III (1875), p. 131 sq. Morem viros de populo egregie meritis coronis decorandi Athenienses Periclis fere temporibus invenerunt; primo coronae frondeae dabantur, quarum in locum postea re publica magis magisque labente aureae succedebant. ¹⁷) Cf. Meier-Schömann (Lipsius), der attische Process, Berolini 1883—1887², II, p. 471 sq.

¹⁸) § 1 indices appellantur ὁ βουλή. Est igitur haec causa proprie publica (γραφῆ), cum non de re privata apud heliastas, sed de re publica apud senatum acta sit. Quare in codicibus oratio falso privatarum orationum ordini inserta est (No. 51); in nonnullis libris, ut in Parisiensi r, rectius inter διαδικασίας (ante orationes 43, 44, 39) posita est, in Monacensi A bis reperitur, et inter διαδικασίας et eodem loco quo in ceteris libris. Cf. E. Drerup, Antike Demosthenesausgaben, Philologus, Suppl. VII 3 (1899), p. 542; ibidem p. 586—587 a viro docto illo nonnullae novae lectiones ex codicibus A F Q ad hanc orationem pertinentes evulgatae sunt. ¹⁹) Interdum a senatu cura classis ornandae ad decem duces (οἱ στρατηγοί) vel ad magistratum extraordinarium decem virorum (οἱ ἀποστολεῖς) transfertur. Cf. C. I. Att. II 809 Col. b, vs. 20 sq.: ἐλθεῖν δὲ καὶ ἀποστολείας τὸν δῆμον δέκα ἄνδρας ἐξ Ἀθηναίων πάντων, τοὺς δὲ αἰρεθέντας ἐπιστρίψαι τοῦ ἀποστόλου. Dem. 18, 107. A. Boeckh (M. Fränkel), die Staatshaushaltung der Athener I³, Berolini 1886, p. 630. ²⁰) C. I. Att. II 809 Col. b, vs. 15 sq. τοὺς δὲ προτάνας ποδὶν βουλῆς ἔδραν ἐπὶ χῶματι περὶ τοῦ ἀποστόλου συνεχῶς, ὥς ἂν ὁ ἀπόστολος γένηται. Cf. A. Kirchhoff, l. l., p. 68 sq. ²¹) Thucyd. 6, 30, 32. De situ ac natura huius molis adhuc certi quicquam dici nequit. Veri simile est duos illos aggeres ex adverso sitos, quibus portus Piraeus parvo spatio interiecto a mari aperto seclusus erat, χῶμα dictos esse. Utique χῶμα pars Piraei erat certis finibus determinata prope paeninsulam Eetioneam vel in ea sita, quo aliis navibus nisi longis aditus esse non solebat. Ibi etiam oligarchi anno Ol. 92, 2 = 411 a. Ch. Phrynicho duce castra communiverant. Cf. Xenoph. Hell. 2, 3, 46. C. Wachsmuth, die Stadt Athen im Alterthum II, Lipsiae 1890, p. 94 sq. Χῶμα commemoratur etiam in titulo valde mutilato C. I. Att. IV 1054 . . . ἐπὶ τῷ χῶματι μὴ π[λ]έον . . . et apud Alciphronem 3, 65, 1, ubi navis onerariae ad χῶμα deligatae mentio fit. ²²) Cf. G. Busolt, Griech. Geschichte III², Gothae 1897, p. 481. ²³) Pro antiquiore armamentario,

aedificiorum habebant decem curatores navalium (ἐπιμεληταὶ τῶν νεωρίων)²⁴). Naves ipsae, armamenta, stipendium et victus nautarum eis temporibus, de quibus hic agitur, trierarchis publice ex aerario dabantur; ipsi tantum naves tueri reficere exactoque munere, quod erat annuum, civitati tales quales acceperant restituere debebant²⁵). Sed cum armamenta publice data saepe manca et vitiosa essent et stipendium ex aerario solum saepe non sufficeret, multi trierarchi, ut actor huius litis, cum suis utebantur armamentis²⁶) tum alios sumptus in trierarchiam de suo faciebant. Cum naves trierarchis a curatoribus navalium traditae erant, ex receptaculis navalibus in aquam demittebantur (καθίλειν τὰς ναῦς), per portum ad molem transportabantur (παρακομίζειν τὰς ναῦς ἐπὶ τὸ χῶμα) ibique ad ancoras deligabantur (περιορμίζειν τὰς ναῦς)²⁷). Ubi cum armamentis instructae nautisque completae erant, coram senatu exercitia navigandi fiebant (ἀναπειρᾶσθαι)²⁸), quique primus nautas satis exercitatos navemque suam omnibus rebus necessariis instructam putabat, nomine ad magistratum delato honorem coronae navalis sibi postulabat. Nautae in una nave circiter ducenti erant, in his octo fere ministri navales (ἐπηρέται, ἐπηρησία)²⁹), decem fere milites navales (ἐπιβάται)³⁰), centum et septuaginta fere remiges (ναῦται, ῥόται)³¹). Nautae secundum pagos conscribebantur, ad navalia autem secundum trittyes ordinati se colligebant; ibi forum erat, terminis constitutis secundum trittyes in triginta partes divisum³²). Antiquis temporibus omnes nautae erant cives Athenienses³³), postea cum in ministris et militibus navalibus tum in remigibus etiam multi peregrini (ξένοι), inquilini (μέτοικοι), servi (δοῦλοι)³⁴); cives plerumque ex thetarum classe erant. Singuli nautae cotidie

cuius spatium iam non sufficiebat, inde ab anno Ol. 108, 2 = 347/46 a. Ch. ab architecto Philone novum ac multo amplius aedificatum est, cuius locatio in lapide insculpta in Piraeo inventa est. Cf. C. Wachsmuth, l. l., II, p. XIII sq. 76 sq. ²⁴) De his cf. A. Boeckh, l. l., III² (Securkunden), p. 48 sq. ²⁵) Exstant haud paucae traditionum tabulae, quas primus collegit et edidit A. Boeckh, l. l., III² (Securkunden); denuo editae et auctae sunt C. I. Att. II 789–812. ²⁶) § 5 τὰ οὐκ ἐν τῷ πόλει, ὅσα δὲ παρέχον τὴν πόλιν τοῖς τριηράρχοις, ἐγὼ μὲν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνήλωσα καὶ τῶν δημοσίων ἔλαβον οὐδέν. ²⁷) § 4 ὅς ἂν μὴ... ἐπὶ χῶμα τὴν ναὺν περιορμίσῃ... οἱ τοὶ δὲ καθίλειν. Dem. (50), 6 ἐψηφίσασθε τὰς τε ναῦς καθίλειν τοῖς τριηράρχοις καὶ παρακομίζειν ἐπὶ τὸ χῶμα. His locis visus A. Kirchhoff (l. l., p. 75) in titulo C. I. Att. II 809 Col. a (vide supra p. 2 not. 15) magna cum veritatis specie supplevit: τοὺς δὲ τριηράρχους [τοὺς καθ' ἑσθλότητα παρακομίζειν τὰς ναῦς ἐπὶ τὸ χῶμα ἐν τῷ Μονηγιῶνι κτλ. pro παρασκευάζειν τὰς ναῦς ἐπὶ τῷ ἐκπλῶνι], quemadmodum legerat A. Boeckh. Locutiones παρακομίζειν et περιορμίζειν ἐπὶ τὸ χῶμα A. Kirchhoff idem valere putat; mihi parvum discrimen videtur interesse. Nam in παρακομίζειν „heranschaffen“ inest notio movendi, in περιορμίζειν „ringsum verankern“ per se non inest. Praepositio περί videtur indicare, non id quod A. Kirchhoff (l. l., p. 80) statuit, naves secundum oram portus, cuius labrum rotundum erat, ad molem tractas esse, sed locum, ubi ad ancoras deligatae erant, in arcum curvatum fuisse, ac nescio an pro ἐπὶ τὸ χῶμα rectius dicatur περί τὸ χῶμα, id quod testatur Poll. I, 123 καὶ περιορμίζειν τὴν ναὺν περί τὸ χῶμα φησι Δημοσθένης. ²⁸) § 5 καὶ πάντες ἐωρᾶθ' ὅπως ἀναπειρωμένην τὴν ναὺν. ²⁹) Ἐπηρέται, quorum in numero erat gubernator, erant nautae superiorum ordinum („Offiziere“), quos trierarchi eis temporibus, de quibus hic agitur, quamquam victum et mercedem eorum ex aerario accipere debebant (cf. Dem. (50), 10), tamen plerumque ultro suo sumptu conducebant et alebant. Cf. hui. or. § 6 ἐπηρέται τὸν πόλιν κρατίστην ἔλαβον πολλῶν πλείστον ἀργέριον δούξ. Dem. (50), 7. V. Thumser, de civium Atheniensium muneribus, Vindobonae 1880, p. 59 et 91 sq. K. Zink, Beiträge zur Erklärung der Rede gegen Polykles, Norimbergae 1893, p. 15. Temporibus belli Peloponnesiaci ἐπηρέται quoque, ut ceteri nautae, sumptu publico videntur conducti et alti esse. Vid. A. Kirchhoff, l. l., p. 83, not. 34. ³⁰) Cf. A. Boeckh, l. l., I³, p. 384 sq. Numerus militum navalium tam parvus erat, quod in pugna navis ipsa maxime pro telo erat. Maiores copiae transportabantur peculiaribus navibus militaribus (νῆες ὀπλιταγωγοί sive στρατιώτιδες). Ἐπιβάται erant ὀπλίται, sed non ut hi ἐκ καταλόγου, i. e. ex primis tribus classibus civium, sed ex thetarum classe conscribi solebant. Cf. A. Bauer, die griech. Kriegsaltertümer, Monaci 1893², p. 362 et 382. ³¹) Remiges constabant ex tribus ordinibus; qui in summis transtris sedebant, appellabantur θρανῖται, qui in mediis ζυγῖται, qui in infimis θαλαμῖται. Θρανῖται erant sexaginta duo, ζυγῖται et θαλαμῖται quinquageni quaterni. Cf. A. Boeckh, l. l., III², p. 114 et 118 sq. De remigandi ratione vid. A. Bauer, l. l., p. 363 sq. ³²) Cf. C. Wachsmuth, l. l., II¹, p. 52. Ex illis terminis nonnulli in Piraeo inventi sunt, v. C. I. Att. I 517. 518. IV, 517^a b. Trittyes erant triginta regiones, in quas terra Attica a Chsthene divisa erat, ita ut decem circa urbem, decem ad mare, decem in terra mediterranea iacerent. Cf. G. F. Schömann (J. H. Lipsius), Griech. Altertümer I⁴, Berolini 1897, p. 353 et 394. ³³) Aristoph. Equit. 755. Ἡ Παράλος, una ex navibus publicis Atheniensium, etiam postea semper liberis civibus complebatur, id quod plane testatur Thucyd. 8, 73 τοὺς Παράλους, ἄνδρας Ἀθηναίους τε καὶ ἑλευθέρους πάντας ἐν τῇ νηὶ πλείοντας. Cf. A. Boeckh, l. l., I³, p. 306. ³⁴) Peregrinos in nautis fuisse apparet ex Thucyd. I, 121. 143, servos ex Isoer. 8, 48, inquilinos ex (Xenoph.) de rep. Ath. I, 12. Tabulam nautarum navis Atheniensis, fortasse a servis manu missis, qui pugnae ad Arginusas commissae interfuerant, in arce Athenarum propositam evulgavit et explicavit U. Köhler, Mittheil. d. archäol. Inst. zu Athen VIII (1883), p. 177 sq. (= C. I. Att. II 959); in qua milites navales (ἐπιβάται), ministri navales (ἐπηρέται), e quibus unus ex Chersoneso oriundus est, remiges urbani (ναῦται ἄσσοι) nominatim laudantur. Post remiges urbanos in ea parte lapidis, quae decussa est, remiges peregrinos (ναῦται ξένοι) et servos (ναῦται δοῦλοι) nomi-

quaternos fere obolos accipiebant, binos ad victum (*σιτηρέσιον*), binos ad mercedem (*μισθός*)³⁵. *Σιτηρέσια* constanter solvebantur, plerumque in complures menses in antecessum, *μισθός* minus constanter solvebatur. Re vera numerus legitimus ducentorum nautarum perraro in navibus erat³⁶; multi nautae, sive quod erant dissoluti et voluptatum cupidi, sive quod merces debita eis non soluta erat, ultro naves deserebant, qua de causa eos puniri et in vincula conici saepe necesse erat³⁷. Etiam in trierarchos ipsos haud raro poenae constituendae erant, quod in navibus ornandis tardius et lentius agebant. Velut in hac causa quisquis ante pridie Kalendarum navem ad molem portus non perduxisset, ut vinctus iudicio traderetur, decretum erat³⁸. Quam poenam adversarios suos meruisse actor dicit, cum navem suam non in tempore in aquam demisissent³⁹; praeterea eis crimini dat, quod trierarchiam non ipsi susceperint, sed parvo pretio redemptori locaverint⁴⁰, id quod illis temporibus saepe videtur factum esse. Omnino ei, quibus munus trierarchiae, quae erat liturgia extraordinaria, subeundum erat, sumptus, quos afferebat, fugere vel in alios traicere studebant, quamobrem ordo ac modus huius liturgiae identidem mutatus est⁴¹. Auctor atque conditor eius haberi potest Themistocles, qui civibus suis persuasit, ut pecuniam publicam, quae ex metallis Laureotidis redibat, in classem augendam atque rem navalem amplificandam consumerent; itaque centum ex opulentissimis civibus conscripti et talento publice numerato centum naves longas sive triremes ornare iussi sunt⁴²; hi centum homines, qui suae quisque navi praeerant, *τριήραρχοι* appellabantur. Postea numero navium magis aucto, qui munus trierarchiae obirent, a strategis ex ditissimis civibus deligebantur atque interdum, ut bini (*συντριήραρχοι*) ad unam navem instruendam societatem coirent, concessum est; huius rationis primum exemplum est traditum ex Ol. 92,2 = 411/10 a. Ch.⁴³ Tamen prior ratio, qua singuli trierarchia fungerentur, etiamtum permanebat. Maior autem commutatio facta est circa Ol. 105,4 = 357/56 a. Ch. lege Periandri⁴⁴, qua eodem fere modo quo antea ad ordinandam tributorum conferendorum rationem (*εἰςφορά*) mille ac ducenti cives (*συντελείς*) ex opulentissimis ad trierarchiam sustinendam delecti et in viginti symmorias⁴⁵ distributi sunt, in quarum singulis bini vel plures ad trierarchiam faciendam societates (*συντελείας*) coibant. Cum vero etiamtum opulentissimi, qui singulis symmoriis praeerant, sumptus a se averterent et ad alios traicerent, denique Demosthenes Ol. 110,1 = 340/39 a. Ch. rationem proposuit ac pertulit, qua omnes cives exceptis pauperibus pro suis quisque opibus onera trierarchiae tolerarent⁴⁶. Quae ratio quam diu constiterit, non liquet. Trierarchia non plus talento, non minus quadraginta minis constabat, plerumque quinquaginta minis⁴⁷. Adversarii actoris, ut iam supra diximus, trierarchiam redemptori locaverant, quem quam minimam impensam in eam fecisse consentaneum est. Tamen quidquid in ea erat periculi, trierarchi ipsi, non redemptor, praestare debebant⁴⁸, item atque honor coronae navalis illis ipsis, non huic obveniebat. Nituntur hi adversarii minus iure quam gratia et auctoritate multorum in republica potentium hominum, qui patrocinium eorum in hac causa susceperunt⁴⁹. Ut lis bona cum gratia componeretur, hi patroni iudicibus coronae honorem inter

natos fuisse magna cum veritatis specie coniecit U. Köhler, l. l. ³⁵) Dem. 4, 28. A. Boeckh, l. l., I³, p. 343 sq. ³⁶) A. Kirchhoff (l. l., p. 91 sq.) in ea nave, quam adversarii actoris ornandam curaverant, vix centum remiges fuisse conclusit ex § 11, ubi actor dicit trierarchorum quemque triginta minas ex aerario accepisse, unde remigibus triginta drachmas in antecessum solvisset (*τῶν μὲν ναυτῶν . . . ὃν τριάκοντα δραχμὰς ἕκαστος ἔχει μόνος, . . . τῶν δὲ τριηράρχων . . . ὃν τριάκοντα μνᾶς εἰς ἐπίπλουν εἰληφεν ἕκαστος*). Has triginta drachmas videri *σιτηρέσιον* trium mensum fuisse; quodsi ad id solvendum triginta illae minae totae impensae essent, non plus quam centum remigibus potuisse satisfieri. Cum vero verisimile esset, triginta illis minis etiam ministrorum et militum navalium mercedem comprehensam fuisse, ne centum quidem remiges, sed tantum octoginta fere in illa nave videri fuisse. Qui calculus propterea incertus est, quod non constat, id quod A. Kirchhoff suo arbitrio statuit, triginta minas illas re vera *σιτηρέσιον* trium mensum fuisse. Cf. etiam K. Zink, l. l., p. 16. ³⁷) § 11 *τῶν μὲν ναυτῶν τοὺς ἀπολειπομένους . . . δοῦσι καὶ κολάζουσιν οὗτοι*. Vide infra ad § 11. ³⁸) *Τῆρισμα γὰρ ὑμῶν ποιησάμενων ὅς ἂν μὴ πρὸ τῆς ἐνῆς καὶ νῆας ἐπὶ γῶμα τὴν ναὺν περιορίσῃ, δῆσαι καὶ δικαστήριον παραδόναι*. C. I. Att. II 809 Col. b, vs. 10 sq. *τὴν δὲ βουλὴν τοὺς πεντακοσίους ἐπιμελεῖσθαι τοῦ ἀποστόλου κολάζουσιν τοὺς ἀτακτοῦντας τῶν τριηράρχων κατὰ τοὺς νόμους*. ³⁹) § 4 *οὗτοι δ' οὐ καθεύκοντες, ὥστ' ἐργοὶ δεσμῶ γέγονασιν*. ⁴⁰) § 7 *σκεψάμενοι γὰρ τὸν εἰς ἐλαχίστον τριηραρχεῖν βουλούμενον μεμισθώκασιν τὴν λειτουργίαν*. ⁴¹) Cf. A. Boeckh, l. l., I³, p. 636 sq. V. Thumser, l. l., p. 58 sq. ⁴²) Aristot. de rep. Ath. 22, 7; Polyæn. l. l., 30, 5. ⁴³) Lys. 32, 24. A. Boeckh, l. l., I³, p. 638. ⁴⁴) Cf. A. Boeckh, l. l., I³, p. 647 sq. V. Thumser, l. l., p. 65. ⁴⁵) Ad has symmorias corrigendas et melius instituendas spectat Demosthenis de symmoriis oratio ex Ol. 106, 3 = 354/53 a. Ch., sed rogatio eius videtur non esse perlata. V. Thumser, l. l., p. 72. ⁴⁶) Dem. 18, 102 sq. A. Boeckh, l. l., I³, p. 661 sq. ⁴⁷) A. Boeckh, l. l., I³, p. 670 sq. ⁴⁸) § 8 *τοὺς μεμισθωκότας τὰς τριηραρχίας αἰτιωτάτους . . . νομίζοντες παρεδόναι εἰς τὸ δεσποτήριον*. ⁴⁹) § 1 *εἰ μὲν ὅτε πλείστοι συνεπίποιεν . . .*

clientes suos et actorem partiendum proposuerunt⁵⁰). Quam condicionem is magna cum indignatione respuit⁵¹); omnino verbis acerrimis cum in adversarios tum in eorum patronos invehitur. Itaque magna pars orationis, imprimis §§ 8–10, 13–15, 21, non tam ad ipsam causam quam ad totam rem publicam spectat, multique loci ita comparati sunt, ut actor non modo senatum quingentorum, apud quem oratio habita est, sed universum populum Atheniensium videatur appellare (cf. § 5, 10, 21 al.). Ipse unum tantum patronum (*συνήγορον*) habet, Cephisodotum quendam, qui ante eum locutus esse et principalem orationem videtur habuisse. Etiam adversarii eorumque patroni iam locuti sunt⁵²), atque hac oratione actor breviter perorat, maxime, ut Cephisodoti orationem suppleat. Est igitur haec oratio *ἐπίλογος* sive *συνήγορία*, qua graviores tantum res repetuntur aut ea, quae in principali oratione praetermissa erant, breviter tractantur⁵³). Unde explicandum videtur, quod haec oratio tam brevis est, quod testimonia, leges, decreta non, ut solet, recitantur quodque haud pauci loci obscuri et difficiles ad intellegendum sunt. Velut difficultas quaedam ex eo oritur, quod actor § 4 (*ἐγὼ μὲν περιόρμισα καὶ στέφανον διὰ ταῦτα παρ' ὑμῶν ἔλαβον*) se coronam iam accepisse dicit, cum tota reliqua oratio de corona sit, quam nondum habet, sed hac ipsa lite petit. Quare A. Kirchhoff (l. l., p. 75 sq.) de duabus coronis agi putat; alteram actorem iam accepisse a senatu, quia navem suam primus ad molem portus protraxisset (*περιορμίζειν τὴν ναὺν ἐπὶ χῶμα*), alteram hac lite postulare, quia primus navem instructam habuisset⁵⁴). Nam illud *περιορμίζειν* quasi initium navis ornandae fuisse neque idem valere quod navem instruere (*παρασκευάζειν*). Primum naves ex receptaculis in aquam demissas (*καθέλκειν τὰς ναῦς*), tum ad molem portus protractas (*περιορμίζειν* sive *παρακομίζειν τὰς ναῦς ἐπὶ χῶμα*), denique armamentis instructas nautisque completas esse (*παρασκευάζειν, πληροῦσθαι τὰς ναῦς*). Decreto igitur illo populi, quod § 1 commemoretur (*εἰ . . . τὸ ψήφισμα ἐκέλευε δοῦναι τὸν στέφανον*), de navibus ornandis promulgato cum trierarchi se lentos atque tardos praebuissent, senatum quingentorum peculiari decreto, cuius § 4 mentio fiat (*ψήφισμα γὰρ ὑμῶν ποιησάμενων, ὃς ἂν μὴ πρὸ τῆς ἑνῆς καὶ νέας ἐπὶ χῶμα τὴν ναὺν περιορμίσῃ, δῆσαι καὶ δικαστηρίῳ παραδοῦναι*), sanxisse, ut qui non ante pridie Kalendarum navem ad molem perduxisset, vinctus iudicio traderetur. Quo facto actorem navem suam quam celerrime ad molem perduxisset atque hoc ob studium iam tum corona donatum esse; a qua discernendam esse illam, quae priore decreto ei promissa esset, qui primus navem instruxisset, quam actor ipsam quoque hac lite sibi peteret. Haec Kirchhoffii sententia, ut iam antea demonstravi⁵⁵), mihi parum probabilis videtur. Nam ut concedamus inter verba *περιορμίζειν* et *παρασκευάζειν* proprie illud discrimen interesse, quod vir ille doctus statuit⁵⁶), et *περιορμίζειν* de initio, *παρασκευάζειν* de fine navis ornandae usurpari, tamen veri simile non est duas coronas, alteram in initio, alteram in fine apparatus navis datas esse. An non haec illa deminuta et superflua facta esset? Ut negari non potest coronas publice datas eis temporibus, de quibus hic res est, i. e. quarto a. Ch. saeculo, non iam tanti aestimatas esse quanti prioribus, ita nondum tam viles erant, ut pro una fere eademque re simul duae donarentur⁵⁷). Si is iure ac merito coronabatur, qui primus navem instructam haberet, num consentaneum est eundem honorem ei tributum esse, qui primus ad molem portus perduceret? Huc accedit, quod actor ne dicit quidem se primum navem ad molem perduxisse

τούτοις δὲ παμπόλλων (sc. *συνειρηκότων*), § 16 sq. 21. ⁵⁰) § 18 *κελεύουσι δὲ κοινῇ στεφανοῦν ἡμᾶς*. ⁵¹) § 18 *ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω τοῦτο* (sc. *τὸ κοινῇ στεφανοῦν*) *συγχεῶν ὅσον περ καὶ μεμισθωκέναι τὴν τριηραρχίαν*. ⁵²) *Κηφισοδότου μόνον μοι συνειρηκότος, τούτοις δὲ παμπόλλων*. ⁵³) De *συνήγορίας* sive patrocinii iudicialis more cf. Att. Process II², p. 920 sq. ⁵⁴) Simili modo iam ante A. Kirchhoffium G. H. Schaefer (Appar. crit. ad. Demosthenem, Londini 1827, p. 1230, 11) Libanii argumentum secutus rem explicaverat: „Duas coronas populus proposuerat, alteram τοῦ τάχους τῆς περιορμίσσεως, alteram τοῦ κάλλους τῆς παρασκευῆς (διακονίας). Priorem acceperat Apollodorus, neminem nactus aemulum: de posteriori nunc lis est.“ ⁵⁵) Neue Jahrb. f. Philol. u. Pädagog. t. 147 (1893), p. 593 sq. ⁵⁶) Re vera verba *καθέλκειν, περιορμίζειν* (*παρακομίζειν ἐπὶ χῶμα*), *παρασκευάζειν, πληροῦν τὰς ναῦς* paene ut synonyma pro „naves ornare, instruere“ usurpantur. Cf. Dem. (50), 6 *ἐψηφίσασθε τὰς τε ναῦς κατέλκειν τοὺς τριηράρχους καὶ παρακομίζειν ἐπὶ τὸ χῶμα*. 3, 4 *ἐψηφίσασθε τετραράκοντα τριήρεις κατέλκειν* (i. e. = *παρασκευάζειν*). 8, 74 *οὐ κατέλξετε τὰς ναῦς*; (17), 20 *τριήρεις ἑκατὸν πληροῦν καὶ κατέλκειν εὐθὺς τότε*. Thucyd. 3, 6 *παρήσαν . . . καὶ περιορμιάμενοι τὸ πρὸς νότον τῆς πόλεως*, ubi *περιορμιάσθαι* sine dubio de navibus instructis dictum est. Xenoph. Anab. 7, 1, 19. Aristoph. Eccles. 197. Plut. Pomp. 76. Denique cf. huius orationis § 7 *τοῦ μὲν μὴ περιορμίσαι τὴν ναὺν τότε τὸν μεμισθωμένον αἰτιάσθαι, τῶν δὲ καλῶς δεδιακονημένων νῦν αὐτοῖς κελεύειν χάριν ὑμᾶς ἔχειν*, quo loco *περιορμίζειν* de toto navis apparatu, non solum de nave ad molem perducta intellegendum videtur. ⁵⁷) Coronae honorem etiamtum satis amplum fuisse cum haec tum clarissima illa Demosthenis de corona lis documento est. Nam si coronae parvi ductae essent, eiusmodi lites vix oriri potuerunt. Cf. etiam Dem. 22, 75 *οὐκ οἶδεν ἐκεῖνο, ὅτι στέφανοι μὲν εἰσιν ἀρετῆς σημεῖον . . .*

sed tantummodo se id fecisse (§ 4 ἐγὼ μὲν περιώρμισα καὶ στέφανον διὰ ταῦτα παρ' ἐμῶν ἔλαβον)⁵⁸). Deinde mirum est actorem, siquidem unam coronam iam acceperat, id non magis praedicare. Nonne ei ipsi rei maximam vim tribuere et in ea quasi cardinem totius argumentationis ponere debuit, cum ex ea gravissimum sibi sumere posset praeiudicium? Quod ut faciat, tantum abest, ut illam rem hoc uno loco strictim commemoret. Quae cum ita sint, A. Kirchhoffio assentiri non possum, sed cum A. Schaefero (l. 1, III¹ append., p. 153) de una tantum corona agi arbitror, quam actor nondum habet, sed hac lite sibi vindicat. Quod se ea iam donatum esse dicit, id mihi inde explicandum videtur, quod corona interim ei addicta erat, sed priusquam coronatus erat, alii exstiterant, qui idem ius sibi vindicantes per *διαδικασίαν* cum illo de ea litigabant. Similiter res se habet in causa Androtionea (Dem. 22). Androtion anno exeunte rogationem tulerat, qua senatus quingentorum, sicuti mos erat, coronaretur, quamvis naves, quas debebat, exstruendas non curavisset. Quae rogatio perlata, itaque coronae honos senatui interim addictus est (§ 5 νόμος ἐστὶ, φησὶν, ἐὰν ἄξιός ἢ βούλῃ δοκῇ βουλευσάμενος δωρεῆς, δίδοναι τὸν δῆμον τὴν δωρεάν αὐτῇ· ταῦτ' ἐπῆρτο, φησὶν, οὐπιστάτης, διεχειροτόνησεν ὁ δῆμος, ἔδοξεν). Cum vero Euctemon et Diodorus in Androtionem γραφὴν παρανόμων instituerent, donec haec causa diiudicata esset, senatui corona addicta non tradita est⁵⁹). Actorem privilegium quoddam coronae habere, vel inde videtur concludi posse, quod satis magna cum confidentia de corona dicit; qua eum dignum esse ne adversarii quidem negant, sed tantum una cum eo coronari volunt (v. supra p. 5). Quod ille prorsus denegat, cum dicit: ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω τοῦτο συγχωρεῖν, ὅσπερ καὶ μεμισθωμέναι τὴν τριηραρχίαν· οὔτε γὰρ τοῦθ' ἐπομέναιμι ἢ οὔτ' ἐκεῖν ἐποίησα. Tali modo, opinor, non loqueretur, imprimis verbis συγχωρεῖν „concedere“ et ἐπομέναιμι „pati“ non iteretur, nisi praeiudicio quodam niteretur. Respice, quae, etiam § 17 καὶ χαρίσασθαι κελεύουσιν ἐμᾶς, ὅσπερ περὶ δωρεῆς, ἀλλ' οὐ περὶ νικητηρίων τῶν λόγων ὄντων („ac postulant a vobis, ut sibi bona cum venia coronam detis, quasi nunc de dono, non de victoriae praemio agatur“), quo ex loco perspicue apparet adversarios minus iure niti quam ad gratiam et benevolentiam iudicum provocare. Res ita videtur se habuisse, ut summo iure corona deberetur actori, sed deerat huic patrocinium illorum in re publica potentium oratorum, qui adversariis adsunt quorumque auxilio confisi hi se litem obtenturos esse sperant.

Alia est quaestio de Cephisodoto illo, qui actoris patronus fuit quemque nonnulli viri docti, ut A. Schaefer, A. Kirchhoff, J. Sigg (v. supra p. 1) auctorem esse huius orationis existimant. Plures fuerunt illis temporibus Cephisodoti, inter quos duo maxime eminent, alter orator, alter dux. De oratore haec fere memoriae traduntur:

Ex pago Ceramensium ortus⁶⁰) anno Ol. 102,2 = 371 a. Ch. cum aliis legatis Spartam missus est de pace facienda⁶¹). Duobus annis post cum Athenienses et Lacedaemonii Thebanis bellum intulissent et Lacedaemonii postularent, ut ipsi copiis pedestribus, Athenienses copiis navalibus praessent, Cephisodotus cives suos monuit, ne a Lacedaemoniis deciperentur, atque summam imperii ita dividendam esse censuit, ut sexto quoque die ab altero populo ad alterum deferretur⁶²). Proximo anno legem tulit de honoribus Stratonis, regis Sidonii, qui legatos Athenienses ad regem Persarum proficiscentes liberaliter prosecutus erat⁶³). Anno Ol. 105,3 = 358/57 a. Ch. rogationem Timothei de auxilio Eretriensibus in Euboeam mittendo videtur suasisse⁶⁴). Duobus annis post inter patronos legis Leptineae a populo creatus a Demosthene vituperatur, quod facultate dicendi, quo nemini oratorum aequalium cedat, perverse utatur⁶⁵). Denique anno Ol. 108,1 = 348/47 a. Ch.

καὶ στέφανος μὲν ἅπας, καὶ μικρὸς ἢ, τὴν ἴσην φιλοτιμίαν ἔχει τῷ μεγάλῳ. ⁵⁸) Quamobrem H. de Herwerden (Mnemosyne, N. S. III (1875), p. 354) coniecit: πρῶτος περιώρμισα, nisus argumenti versu 9 Ἀπολλόδορος οὖν πρῶτος τὴν ναὺν περιώρμισας ἔλαβε τὸν στέφανον. Cf. etiam Dem. (50), 7 πρῶτος ἐπληρωσάμην τὴν ναὺν. ⁵⁹) Cf. A. Schaefer, l. 1, I¹, p. 318. Quod in scholiis ad Dem. 22, 35 legitur „τὴν δωρεάν ἤδη δεδοσθαι“, id mihi pari indiligentia dictum videtur, qua in hac causa actor se iam coronatum esse affirmat. Etiam cum causis hereditariis huic causae est similitudo quaedam; nam saepe accidit, ut is, qui optimum ius hereditatis sibi competere putabat, interim per ἐμβάτευσιν eam possideret. Cui cum alii idem vel melius ius sibi vindicantes controversiam moverant, inter hos et illum διαδικασία τοῦ κλήρου oriebatur. Cf. Att. Process I², p. 603 sq. ⁶⁰) Dem. 20, 146 Κηφισόδοτος ἐκ Κεραμίων. ⁶¹) Xenoph. Hell. 6, 3, 2 ἔπειτα δὲ ἐξέπεψαν πρέσβεις (sc. οἱ Ἀθηναῖοι) εἰς Λακεδαιμόνιον περὶ εἰρήνης· ἣν δὲ τῶν αἰρεθέντων... Κηφισόδοτος. ⁶²) Xenoph. Hell. 7, 1, 12–14. Hic locus, quem vulgo ad oratorem Cephisodotum referunt, cum de re militari sit, rectius ad ducem referendus videtur. Ceterum cf. infra p. 7, not. 73. ⁶³) C. I. Att. II 86. ⁶⁴) Aristot. Rhet. (ed. J. E. Sandys, Cantabrigiae 1877) 3, 10, 7^b καὶ παρακαλὼν ποτε τοὺς Ἀθηναίους εἰς Εὐβοίαν ἐπιστασμένους ἔφη δεῖν ἐξέρχαι τὸ Μιλτιάδου ψήγισμα. Dem. 22, 16. Aeschin. 3, 85. ⁶⁵) Dem. 20, 146. 150 καὶ μὴν πρὸς γε Κηφισόδοτον τοσοῦτον ἂν εἴποιμι. οὗτός ἐστιν οὐδενὸς ἥττον, ὃ ἂν ἴδῃς Ἀθηναῖοι, τῶν ἐσόντων δεινὸς εἶπεν. πολὺ τοίνυν,

cum Chares, antequam iterum ad bellum Olynthiacum proficisceretur, de priore expeditione rationes reddere vellet, Cephisodotus facete dicto ei adversatus est⁶⁶⁾.

Dux Cephisodotus identidem commemoratur in Demosthenis Aristocratea. Ibi Charidemus, dux ille militum mercenariorum, ad cuius vitam tutandam Aristocrates plebiscitum tulerat, Cephisodoto litteras dedisse dicitur, quibus se Atheniensibus Chersonesum, quam tum Cotys princeps obtinebat, restitutum esse promisit, si ipsum ab Artabazo, Ioniae satrape, defendissent⁶⁷⁾. Hanc ob rem Cephisodotus, qui inimicus Cotyis esse videbatur⁶⁸⁾, anno fere Ol. 105,1 = 360/59 a. Ch. cum classe in Thraciam missus est⁶⁹⁾. Cui expeditioni interfuit etiam Demosthenes, qui tum trierarchi munere functus Cephisodotum ducem in nave sua portavit⁷⁰⁾. Sed haec expeditio male evenit. Nam Charidemus, Artabazi obsidione per indutias liberatus, promissi Atheniensibus dati immemor ad Cotyn transiit et post huius mortem cum Cersoblepte, filio eius et successore, foedus icit. Quo facto per septem menses contra Cephisodotum pugnavit eumque duabus cladibus ad Perinthum et ad Alopeconnesum illatis pacem ignominiosam facere coegit. In patriam reversus Cephisodotus dux propter res male gestas per *εἰσαγγελίαν* prodicionis accusatus et a populo irato quinque talentis multatus est; per tria tantum stetit suffragia, quominus capitis damnaretur⁷¹⁾. Inter accusatores eius Aeschinis testimonio etiam Demosthenes fuit, quamobrem ille huic postea in causa Ctesiphontea inconstantiam obiecit, cum non dubitasset Cephisodotum ducem, qui eum propter paternam amicitiam tanto honore dignum iudicavisset, ut in nave eius veheretur et semper cum eo cenaret sacrificaret libaret, paulo post in iudicium capitis arcescere⁷²⁾.

Quaeritur, uter Cephisodotus in causa nostra *συνήγορος* actoris fuerit, orator an dux⁷³⁾, et utrum Cephisodotus an Demosthenes an alius quispiam auctor sit huius orationis. A. Schaefer (l. 1, III¹ append., p. 156 sq.) et A. Kirchhoff (l. 1, p. 107) oratorem Cephisodotum patronum actoris fuisse et hanc orationem scripsisse putant. Cui opinioni quamquam per se nihil obstat, nisi quod de Cephisodoti eloquentia perpauca scimus⁷⁴⁾ eumque aliis orationes scripsisse memoriae non traditum est, tamen mihi multo probabilior videtur sententia F. Blassii (l. 1, III², p. 244), qui ducem Cephisodotum patronum illum fuisse, Demosthenem ipsum autem hanc orationem composuisse atque in sua causa habuisse censet. Nam cum hic eo tempore, quo Cephisodotus in Thraciam missus est, inter trierarchos esset, nonne facile fieri potuit, ut primus navem suam instructam haberet et hanc ob causam propositam coronam navalem sibi peteret, praesertim cum etiam in reliquis trierarchiis, quas administravit, semper maximum studium ostenderit et eodem modo, quo actor huius

κάλλιον τῇ δεινότητι ταύτῃ χρῆσθαι ἐπὶ τὸ τοὺς ἀδικοῦντας κολάζειν ἢ τοὺς ἀγαθοῦ τινος αἰτίους ἀδικεῖν. ⁶⁶⁾ Aristot. Rhet. 3, 10, 7^a Κηφισόδοτος σπονδαζόντος Χάρητος ἐθύναι δοῦναι τὸν περὶ τὸν Ὀλυνθιακὸν πόλεμον ἡγανάκτησαντες πνίγμα τὸν δῆμον ἄγγοντα τὰς εὐθύναις περᾶσθαι δοῦναι. Ibidem duo alia Cephisodoti dicta commemorantur: 3, 10, 7^b καὶ Κηφισόδοτος τὰς τριήρεις ἐνάλει μολῶνας ποικίλους. 3, 10, 7^c ὥστε Κηφισόδοτος ἐλαβεῖσθαι ἐκέλευε μὴ πολλὰς ποιήσῃσι ἀνδρῶμας ἐκκλησίας. Denique Antisthenis de Cephisodoto facete dictum legitur Aristot. l. 1, 3, 4, 3 Κηφισόδοτον τὸν λεπτὸν λαβανωτῶ εἰκασεν, ὅτι ἀπολλέμενος ἐνφραίνει, ubi dubium est, num orator Cephisodotus intelligendus sit. Cf. C. Rehdantz, vitae Iphicratis, Chabriae, Timothei, Berolini 1845, p. 145 not. 50. W. Hartel, Demosthenische Studien I, p. 17 (Sitzungsber. d. phil.-hist. Cl. der kaiserl. Akad., t. 86, Vindobonae 1877). ⁶⁷⁾ Dem. 23, 153 χρόνον γὰρ διελθόντος καὶ τοῦ πολέμου πρὸς Κότυν ὄντος ἤδη πέμπει (sc. Χαρίδημος) πρὸς ὑμᾶς ἐπιστολήν, μᾶλλον δ' οὐ πρὸς ὑμᾶς, ἀλλὰ πρὸς Κηφισόδοτον . . . ἐν ᾗ Χερσόνησον ἐπέσχετο τῇ πόλει κομίσσθαι. Ibidem § 159. 163. ⁶⁸⁾ Dem. 23, 156 διὰ τοῦ τὸν Κηφισόδοτον δοκῆν ἐχθρὸν ὄντα τοῦ Κότυος. ⁶⁹⁾ Dem. 23, 163 sq. A. Schaefer, l. 1, I¹, p. 138 sq. 410 sq. ⁷⁰⁾ Aeschin. 3, 51 (v. infra not. 72). Fortasse huc referendus est etiam titulus C. I. Att. II 795 Col. f, vs. 27, ex quo Philippides quidam Paeaniensis tum syntrierarchus Demosthenis fuit. Navi, qua utebantur, erat nomen *Βύτηρης*. Cf. U. Köhler, Mittheilungen etc. VI (1881), p. 25. ⁷¹⁾ Dem. 23, 167 καὶ γράφει δὴ τὰς συνθήκας ταύτας τὰς πρὸς Κηφισόδοτον, ἐφ' αἷς ὑμεῖς οὕτως ἡγανακτήσατε . . . ὥστ' ἀπεχειροτονήσατε μὲν τὸν στρατηγόν, πάντες ταλάντοις δ' ἐζημιώσατε, τρεῖς δὲ μόναι ψῆφοι διήνεγκαν τὸ μὴ θανάτου ζημιῶσαι. Aeschin. 3, 51. Androt. fr. 17 apud Harpocr. s. v. Κηφισόδοτος. A. Schaefer, l. 1, I¹, p. 141. ⁷²⁾ Aeschin. 3, 51 τί γὰρ δεῖ νῦν λέγειν . . . τὰ περὶ τὴν Κηφισόδοτον στρατηγίαν καὶ τὸν νεῶν ἑκπλοὺν εἰς Ἑλλήσποντον, ὅτε εἰς ὧν τὸν τριηράρχων Δημοσθένης καὶ περιάγων τὸν στρατηγὸν ἐπὶ τῆς νεῶς καὶ ἀνοσιτῶν καὶ συνθύνων καὶ ἀνοσιπένδων, καὶ τούτων ἀξιώσεις διὰ τὸ πατρικὸς αὐτῷ φίλος εἶναι, οὐκ ὥκνησεν ἀπ' εἰσαγγελίας αὐτοῦ κρινόμενον περὶ θανάτου κατήγορος γενέσθαι. ⁷³⁾ F. G. Kiessling (Lycurgi deperditarum orationum fragmenta, Halis Saxonum 1834, p. 114) non sine iure putat ducem Cephisodotum ab oratore omnino non distinguendum esse; nam isdem fere temporibus floruerunt et paene omnia, quae de oratore traduntur, non minus in ducem quadrant atque invicem. Constat autem Athenis hanc raro accidisse, ut homines rerum civilium periti etiam bello florere atque invicem homines belli periti iidem rebus civilibus operam darent. Quod A. Schaefer, l. 1, probabile esse negat ducem Cephisodotum, qui prope capitis damnatus esset, apud cives dignitate frui perrexisse huic opponi potest alios quoque viros claros, ut Alcibiadem, Timotheum, Iphicratem, quamquam litibus capitalibus defuncti erant, tamen brevi pristinam dignitatem recuperavisse. ⁷⁴⁾ Praeter breviter dicta, quae supra (not. 66)

litis, multa de suo in eas insumpserit?⁷⁵) Cum vero alii existerent, qui cum eo de corona navali contenderent, quid est veri similis quam ducem Cephisodotum, qui tum tam arto amicitiae vinculo cum eo iunctus erat, ut nave eius uteretur⁷⁶), patrocinium eius suscepisse? Quod A. Schaefer opponit stultum esse eum patronum sumere, qui modo ab imperio revocatus sit, ut in iudicium deduceretur, hoc propterea nihil valet, quod haec lis non, ut A. Schaefer falso statuit, post infelicem Cephisodoti expeditionem, sed potius ante eam, i. e. brevi ante classis profectioem acta est (v. infra ad § 6). Gravioris momenti est alia A. Schaeferi dubitatio, quod Demosthenes brevi post illam expeditionem inter accusatores Cephisodoti fuit: tantam inconstantiam sive potius perfidiam a summi oratoris natura ac moribus alienum esse. Sed primum cavendum est, ne cum viro illo docto immodici simus Demosthenis morum laudatores⁷⁷), deinde iure dubitaveris, num illud crimen, quod unius Aeschinis, inimicissimi eius, testimonio nititur, omni ex parte verum sit; nam respiciendum est orationem in Ctesiphontem, in qua illud crimen legitur, non minus triginta fere annis post, anno Ol. 112 3 = 330/29 a. Ch., habitam esse⁷⁸). Sed etiamsi verum est, nonne amicitia duorum virorum aliquamdiu dirumpi potuit, id quod inter homines, qui in re publica versantur, persaepe fit, non Demosthenes iustas causas habere potuit, cur Cephisodotum in ius vocaret? Etiam Eutbycles ille, cui Demosthenes orationem adversus Aristocratem scripsit, primum sub Cephisodoto trierarchus fuit, deinde cum Demosthene in eum videtur subscripsisse⁷⁹). Ceterum notandum est Demosthenem in Aristocratea, ubi copiose de Cephisodoti expeditione loquitur, se ipsum ei interfuisse silentio praetermittere, nisi forte verba *πλευράτων ἡμῶν* § 166 (cf. F. G. Kiessling, l. I, p. 113) huc referenda sunt, et ubique summa cum cautione et urbanitate de ea dicere vitiaque a Cephisodoto commissa quasi excusare, unde coniecercis eum postea cum Cephisodoto reconciliatum accusationis in eum institutae paenituisse⁸⁰). Utut res se habet, mihi quidem nihil videtur obstare, quominus litem nostram ad Demosthenis trierarchiam Ol. 105,1 = 360/59 a. Ch. factam referamus et hunc ipsum orationem de corona navali composuisse, Cephisodotum ducem autem ei patrocinatum esse statuamus.

Ad tempus huius orationis definiendum ansam praebet § 8, ubi proelii navalis mentio fit, quo Athenienses Ol. 104,4 = 361 a. Ch. ad Peparethum insulam ab Alexandro, tyranno Pheraeo, victi sunt. A. Schaefer (l. I, III¹ append., p. 155) et F. Blass (l. I, III², p. 243) hanc orationem paulo post illud proelium, quod sic commemoretur, ut etiamtum in omnium memoria haerere

commemoravimus, de Cephisodoti orationibus nihil exstat. ⁷⁵) Dem. 21, 154 καὶ γὰρ μὲν κατ' ἐκείνοισι τοῖς χρόνοις τριηράρχων... ὅτε αὖν ἦμεν οἱ τριηράρχοι καὶ τὰ ναυαλῶματα πάντ' ἐκ τῶν ἰδίων καὶ τὰς ναὺς ἐπληροῦμεθ' αὐτοί. Prorsus idem actor huius litis de se praedicat, cf. § 5 τὰ σκεῆη τοίνυν... ἐγὼ μὲν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνῆλθον καὶ τῶν δημοσίων ἔλαβον οὐδέν. Omnino tres Demosthenis trierarchiae notae sunt, prima Ol. 107, 1 = 364/63 a. Ch., altera Ol. 105, 1 = 360/59 a. Ch., tertia Ol. 105, 3 = 358/57 a. Ch., quas omnes maxima cum liberalitate ac munificentia administravit. Cf. A. Schaefer, l. I, I¹, p. 410. ⁷⁶) Scholiasta ad Aeschin. 3, 52 plane dicit Cephisodotum ducem Demosthenis navem propter bonum apparatus elegisse, id quod huic praecipuo honori tribuendum esset: δοκεῖ γὰρ τοῦτο ὥστερ τιμῆς εἶναι τοῦ τριηράρχου ἐκείνου, οὗ ἂν ὁ στρατηγὸς ἐπιβῇ τῆς ναὸς, καθὼς δοκεῖ τῶν ἄλλων τριηράρχων προκρίνειν τὴν ἐκείνου τριήρη ὡς καλῶς κατασκευασμένην. Cf. F. G. Kiessling, l. I, p. 113 sq. ⁷⁷) Similem inconstantiam, si quidem prior in Stephanum oratio vera est, id quod nuper G. Huettner (Demosthenis oratio in Stephanum prior num vera sit, inquitur, Ansbachii 1895) satis firmis argumentis demonstravit, Demosthenes commisit in causis Apollodoreis, cum primum pro Phormione adversus Apollodorum, deinde pro Apollodoro adversus Phormionem scriberet. De Demosthenis moribus hac aetate paene tanta controversia orta est quanta de Ciceronis. Quem postquam A. Schaefer summis laudibus extulit omnino fere vitio liberare studuit, nuper alii viri docti, ut J. Beloch (die att. Politik seit Perikles, Lips. 1884), A. Holm (Gesch. Griechenl. III, Berolini 1891), I. Bruns (d. litterar. Portrait d. Griechen, Berol. 1896) alii vehementissime reprehenderunt atque ut hominem mendacissimum et maledicentissimum summis conviciis cumulaverunt. In hac controversia, ut semper fere, „aurea mediocritas“ videtur tenenda; ut Demosthenes certe vir fortissimus ac patriae amantissimus fuit, ita eum non omni vitio caruisse atque hic illic a vero iustoque deflexisse statuendum erit. Cf. quae hac de re egregie disputat R. Pöhlmann (Grundriss d. griech. Geschichte, Monaci 1896, p. 183 sq.). ⁷⁸) Cf. U. Köhler, Mittheilungen etc. VI (1881), p. 25. ⁷⁹) E. G. Weber (Demosthenis oratio in Aristocratem, Jenae 1845, p. XVIII) id iure conclusit ex Dem. 23, 5 πρότερον δ' ὅτ' ἐπλεονα τριηράρχων εἰς Ἑλλήσποντον εἰπεῖν καὶ κατηγορήσασθαι τινῶν, οὓς ἀδικεῖν ἡμᾶς ἡγοῦμεν. ⁸⁰) Cf. 23, 167 (Χαρίδμοι) τὸν ἡμέτερον στρατηγὸν ἐπεισε καὶ ἠνάγκασε μὴ τὰ βέλτερά ὑμῶν πράττειν, ibid. 168 τὸν μὲν (Κημισόδοτον) ὡς ἀδικοῦντα κολασθέντα πικρῶς οὕτως. E. G. Weber (l. I, p. XIX) avertit praeterea Dem. 4, 66 ὅταν γὰρ ἡγήται μὲν ὁ στρατηγὸς ἀθλιῶν ἀπομείθων ξένων, οἱ δ' ἐπὶ ὧν ἂν ἐκεῖ πράξῃ, πρὸς ἡμᾶς ψευδόμενοι ἡμεῖς ἐνθάδ' ὡσιν, ἡμεῖς δ' εἰς ὧν ἂν ἀκούσθῃ ὅτι ἂν τύχῃτε ψηφίζεσθε, ubi scholiasta adnotat: ταῦτα πρὸς Κημισόδοτον αἰνέσσεται. Quae interpretatio si vera et ad Cephisodotum ducem referenda est, Demosthenem apparet litis in eum intentae postea paenituisse, cum eum ut iniuria damnatum tacite defendat.

videatur, i. e. anno fere 360 vel 359 a. Ch., habitam esse existimant. A. Kirchhoff autem (l. I., p. 86 sq., 107) eam non ante annum Ol. 105,4 = 357 a. Ch., quo lege Periandri societates navales institutae sint, poni posse censet; nam cum actor de adversariis suis semper plurali, nusquam duali numero loquatur, plus duobus eos fuisse apparere; ante legem illam autem factum non esse, ut plus duo ad unam navem ornandam se coniungerent (v. supra p. 4). Sed recte opponit F. Blass dualem numerum illis temporibus iam satis rarum esse et provocat ad Demosthenis orationem adversus Nausimachum et Xenopithem, in qua item de duobus adversariis semper plurali numero, nusquam duali dicatur⁸¹⁾. Quae cum ita sint, non est, quod hanc litem post legem Periandri actam esse ducamus, immo proximis annis ante bellum sociale, i. e. anno fere Ol. 105,1 = 360/59 a. Chr. acta videtur, quocum optime convenit, quod mala consuetudo trierarchias locandi, quam actor acerrimis verbis castigat, et direptiones expilationesque, quas trierarchi Athenienses cum maximo civium suorum damno tum in socios exercuisse dicuntur (cf. § 13), proximis ante id bellum annis vigeant. Vid. A. Lortzing, l. I., p. 13.

II. De dispositione.

Prooemium (§ 1–3). Ex praeceptis rhetorum prooemio auditores benevoli, attenti, dociles reddendi sunt⁸²⁾. Benevolos facere studet actor iudices, cum de malitia arrogantia inscitia adversariorum queritur, qui plurimos oratores in se subornaverint, cum ipse unum tantum defensorem, Cephisodotum, habeat. Valde errare istos, cum a iudicibus postulent, ut non eis, qui faciant, quae opus sint, sed eis, qui se facere simulent, gratiam habeant; sese hac in re melius de iudicibus existimare quam istos, quamobrem aequum esse illos sibi magis favere quam istis. Attentos et dociles reddit actor iudices, cum rem, quae agitur, breviter et perspicue indicat: ex plebiscito ei coronam dandam esse, qui primus navem adornaverit; id ipsum fecisse, propterea sese corona dignum, adversarios autem prorsus indignos esse, cum officium suum plane neglexerint atque tunc nihil faciant nisi ut ipsi maledicant. Ad rem ipsam transit, cum ex rebus ab utrisque gestis se demonstratum esse promittit istos mentiri, cum in semet praedicandis, tum in ipso obiurgando. Videmus igitur in hoc prooemio leges rhetoricas diligenter observatas esse atque hac ex parte hanc orationem plane congruere cum veris orationibus Demosthenis, quem ipsum quoque prooemiis elaborandis enixe operam dedisse constat⁸³⁾.

Narratio, confirmatio, refutatio (§ 4–13). Tres partes principales orationis narratio (*διήγησις*), confirmatio (*ἀπόδειξις* sive *πίστις*), refutatio (*τὰ πρὸς ἀντίδικον* sive *λέξις*) in Demosthenis orationibus liberius compositae sunt quam prooemium et peroratio⁸⁴⁾. Narratio plerumque brevis est, in nonnullis orationibus propria narratio deest, in aliis cum confirmatione et refutatione commixta est. Confirmatio constat partim ex argumentis inartificialibus (*πίστις ἄτεχνοι*), i. e. legibus, testimoniis, tabulis, sacramentis sim., partim ex argumentis artificialibus (*πίστις ἐντεχνοι*), quae ex ipsa causa sumpta sunt. Maximam curam impendit Demosthenes in confirmationem artificialem et in refutationem: mira quadam arte omnia argumenta, quae ex ipsa causa repeti possunt, investigat et singulari sagacitate ac sollertia omnes adversariorum obiectiones excusationesque refellit vel praecidit⁸⁵⁾. In hac quoque oratione more Demosthenis narratio brevis neque a confirmatione et refutatione seiuncta est. Initio narrationis actor ad decretum provocat, ex quo, quisquis trierarchorum ante pridie Kalendarum navem ad molem portus non protraxisset, vinctus iudicio tradendus esset. Deinde quinque potissimum affert argumenta, quibus sese digniorem esse corona navali quam adversarios demonstrat:

1) Sese navem usque ad diem constitutam ad molem protraxisse, istos non de litore deduxisse, quam ob rem poenae constitutae esse obnoxios. Tales autem homines coronari esse absurdissimum.

⁸¹⁾ Eandem sententiam amplectitur V. Thumser, l. I., p. 64. Cf. etiam St. Keck, Über den Dual bei den griechischen Rednern (Beiträge zur histor. Syntax, ed. M. Schanz, Wirceburgi 1882), p. 151 sq.

⁸²⁾ Cf. Quintil. 4, 1, 5. R. Volkmann, die Rhetorik der Griechen u. Römer, Berolini 1872², p. 40 sq.

⁸³⁾ F. Blass, l. I., III², p. 215: „Demosthenes emancipiert sich keineswegs von den stehenden Formen der Kunst und lässt z. B. niemals in selbständigen Reden das Prooemium weg.“ ⁸⁴⁾ F. Blass, l. I., III², p. 216: „Anfang und Ende der Rede stehen fest; was dazwischen liegt, kann ebenso mannigfaltig geordnet sein wie bei Isokrates und Isaios.“ ⁸⁵⁾ F. Blass, l. I., III², p. 204 sq.

2) Sese armamenta suis sumptibus comparavisse neque quicquam accepisse e publico, istos publicis armamentis usos esse neque quicquam de suo in ea erogasse.

3) Sese navem complevisse atque exercitia navigandi fecisse, quae iudices ipsi aspexissent, priusquam isti navem attigissent; falsum igitur esse, quod ante ipsum exercitia navigandi se fecisse dicant.

4) Sese maxima vi pecuniae erogata ministros navales sibi paravisse quam praestantissimos, istos usque ad id tempus omnino nullos, nedum, ut contendat, plures quam se, ministros navales conduxisse; qui igitur aequum esse eos corona ornari?

5) Istis ne verba quidem de corona esse facienda, cum trierarchiam non ipsi suscepissent, sed pretio minimo conductori locavissent.

In hoc quinto argumento actor diutius commoratur ac pluribus demonstrare studet morem locandi trierarchias esse turpissimum et rei publicae perniciosissimum. Quem morem Athenienses ipsos acriter improbasse, cum post cladem ab Alexandro Pheraco acceptam eos trierarchos, qui trierarchias locavissent, auctore Aristophonte in ius vocarent atque ut patriae proditores et militiae desertores paene capitis damnarént. Nonne autem absurdum esse ob eandem causam alios paene capitis dammare, alios corona donare? Populus ne impune dimittat istos, qui, quamvis sint divites, omnes sumptus fugiant et propter sordes salutem publicam neglegant, praesertim cum isti ipsi in pauperes homines gravissime consulant. Ubi aequalitatem illam et populare imperium Atheniensium apparere, cum pauperes, si inopia coacti quid peccaverint, extremis suppliciis afficiantur, divites vero, si propter sordes eadem commiserint, veniam consequantur vel cum ii, qui contra leges aliquid dixerint, capite deminuantur, illi vero, qui contra leges non dixerint, sed fecerint, nullas dent poenas?

Haec argumenta ab actore allata non omnia satis firma neque ad persuadendum accommodata esse iam A. Kirchhoff (l. l., p. 96 sq.) demonstravit. Primum argumentum per se satis firmum est, sed propterea hic minus valet, quod adversarii poena illa, qua actor eos teneri dicit, non videntur affecti esse. Quod si factum esset, verbis apertis dicere certe non supersedisset. Verisimile est senatum quingentorum rerum necessitate coactum lentis trierarchis poenam remisisse et longius spatium concessisse, quo ea, quae neglexissent, eo maiore studio corrigere possent. Alterum argumentum non maioris est ponderis, quia non id agebatur, quis suis, quis publicis armamentis uteretur, sed quis primus navem instruxisset. Accedit, quod ii, qui ut actor suis armamentis utebantur, haudquaquam semper amore patriae ducebantur. Nam publica armamenta saepe manca, vitiosa usque detrita erant (v. supra p. 3), ut eis uti non sine periculo esset; quae cum insuper a trierarchis reficienda et munere trierarchiae peracta rei publicae reddenda essent, trierarchia publicis armamentis suscepta haud raro maiori sumptui erat quam privatis suscepta, quae trierarchi suo arbitrio sibi comparare atque in possessione sua retinere poterant. Tertium argumentum A. Kirchhoff (l. l., p. 99) mihi minoris ducere videtur quam est ducendum. Ex eo, ait, quod actor navem prius compleverit et prius exercitia navigandi fecerit, quam adversarii navem omnino attigerint, nondum effici, ut ei non breviori tempore idem assequi et navis apparatus eodem tempore, si non maturius, perficere potuerint quam ille. Quod equidem veri simile non duco; nam mihi talia exercitia videntur fieri non posse, nisi navis iam completa et omnibus fere rebus necessariis instructa sit⁸⁶). Quartum argumentum ex omnibus firmissimum est. Nam cum adversarii, ut ipsi concedunt, adhuc nullos ministros navales conduxerint, difficile est intellectu, quomodo omnino de corona certare possint audere. A. Kirchhoff (l. l., p. 100) censet eos hunc defectum compensavisse maiore numero nautarum, qui munera ministrorum navalium interim suscepissent, nisus his verbis § 6 *περὶ τοῦ πλείονος ἀντιλέγοντες*, quae vertit „indem sie ein Mehr an Bemannung an Bord zu haben behaupteten“. Sed nexus sententiarum mihi videtur postulare, ut ad genetivum *τοῦ πλείονος* suppleatur substantivum *ἀργυρίου* vel *ἀναλώματος*, non *πληρώματος* cum A. Kirchhoffio. Nam actor modo dixit de magna vi pecuniae, quam ipse in ministros navales conducendos erogavisset: *ἔτι τοίνυν ὑπηρεσίαν τὴν κομιστήν ἔλαβον, πολλῶν πλεῖστον ἀργύριον δούς*. Deinde pergit: *οὗτοι δ' εἰ μὲν εἶχον χεῖρον ἡμῶν, οὐδὲν ἂν ἦν δεινόν νῦν δ' οὐδ' ὅποιαντινοῦν πω μεμίσθωνται, περὶ τοῦ πλείονος* (nempe *ἀργυρίου*⁸⁷) vel *ἀναλώματος* εἰς τὴν τριηραρχίαν) *ἀντιλέγοντες*. Ad praecedens

⁸⁶) Cf. Thucyd. 7, 7 οἱ τε Σαρακῶσιοι γαντικὸν ἐπλήρουν καὶ ἀνεπειρώοντο. ⁸⁷) Cf. Dem. 4, 42 τοῦ πλείονος ὀρεγόμενος (sc. *πλεονεκτήματος*). 37, 53 ἐγὼ δὲ . . . οἶμαι μισείσθαι . . . τινὰς εἰκότως ἂν ἐφ' ὑμῶν, οἱ τέχνην τὸ πρᾶγμα πεποιημένοι μήτε συγγνώμης μήτε ἄλλον τινὸς εἶσαν ἀλλ' ἢ τοῦ πλείονος (sc. *ἀργυρίου* vel

substantivum *ἐπιχειρήσεων* comparativus τοῦ πλείονος propter articulum referri nequit. Denique quae actor quinto loco de malo more trierarchias locandi explicat, his opponi potest morem illum etsi turpem et inhonestum, tamen non, ut affirmat, legibus vetitum fuisse. Quod colligi potest ex ea ipsa lite, ad quam provocat, ab Aristophonte post pugnam ad Peparethum commissam intenta. Si trierarchi, qui tum trierarchias locaverant, contra leges peccavissent, certe non capitis absoluti essent, id quod factum esse actor ipse concedit (§ 9 εἰ δὲ μὴ μετριώτεραν ἔσχετε τὴν ὁργὴν τῆς ἐκείνων πορηγίας, οὐδὲν ἂν αὐτοὺς ἐκόλυνεν τεθνάναι). Ne multa quidem videntur affecti esse, alias actor certe dixisset. Alibi quoque illius moris ut plane usitati neque legibus prohibiti mentio fit⁸⁸⁾.

Videmus igitur confirmationem et refutationem hic illic parum probabilem neque tam concinnam et speciosam esse quam in plerisque genuinis orationibus Demosthenis esse solet. Sed culpa huius rei partim conferenda est non in auctorem huius orationis, sed in causam difficilem et contortam, ad quam probandam meliora et graviora argumenta haud sane inveniri poterant; partim respiciendum est hanc orationem esse secundariam (*δευτερολογίαν*, v. supra p. 5), in qua gravissimae tantum res repetuntur atque ea breviter tractantur, quae in principali oratione leviter perstricta vel omissa erant. Denique actoris minus videtur interesse iuris quaestionem explicare quam incommoda illustrare quibus laboret cum res maritima tum tota respublica Atheniensium ob prava consilia illorum potentium oratorum, qui adversariis in hac lite adsunt. Cum vero ceteris in rebus confirmatio in universum perspicua sagax dilucida sit, nonnulla argumenta, ut tertium et quartum, etiam magnam veritatis speciem praebeant, non est, quod ob vitiosam confirmationem hanc orationem Demostheni abiudicemus.

Digressio (§ 13–15), qua exponitur, quae incommoda ex more locandi trierarchias oriantur: navium conductores omnes homines depraedari ac spoliare, omnia maria latrociniiis et comprehensionibus et bonorum et corporum infesta facere, emolumenta privatim percipere, populo autem maximum detrimentum afferre suaeque delicta populi damnis corrigere. Culpam horum malorum esse in populo ipso, qui hominibus improbis licentiam rapiinis tuto fruendi et impunitatem quidvis faciendi concedat. Quo quid esse stultius aut inconsideratius?

Altera digressio (§ 16–20), qua patroni adversariorum carpuntur atque castigantur. Eos sibi non constare: nam cum antea nonnulli eorum cum Aristophonte subscripsissent in eos, qui trierarchiam locavissent, tunc qui idem pecassent, eos coronari iubere. Ex quo perspicue apparere eos pecunia esse corruptos. Omnino eos existimationis suae nullam rationem habere et prae pecuniae accipiendae studio cetera omnia contemnere. Quod a iudicibus postulent, ut bona venia data coronae honorem inter ipsum et clientes suos partiantur, id esse iniquum et a plebiscito alienum: non enim tunc agi donationem, sed victoriae praemium, neque quemquam esse ex plebiscito coronandum nisi eum, qui primus navem instructam habuerit. Quam impudentes ac stolidi isti adversariorum patroni sint, inde colligi posse, quod ius contionandi quasi privatum sacerdotium obtineant et, si quis iustitia et aequitate ductus eis contradicat, moleste ferant atque audacem esse clamitent. Tamen propter istorum contiones multa in re publica esse deteriora ac nisi inventi essent, qui istis contradicerent, rem publicam iam pridem perituram fuisse.

Offenderit quispiam, quod in hac tam brevi oratione duae digressiones satis extensae reperiuntur. Quibus quamquam negari non potest concinnitatem orationis atque partium aequalitatem valde turbari, tamen a Demosthenis consuetudine non abhorret tales digressiones facere; nam in multis orationibus eius eisque optimis, velut in oratione de corona, de falsa legatione, in Midiana, in Aristocratea al. eiusmodi digressiones inveniuntur⁸⁹⁾.

Epilogus (§ 21–22). Quod tam mala sit rei publicae condicio, Atheniensium ipsorum esse culpam, qui qualis quisque putandus sit, non ipsi diiudicent, sed ab improbis istis ac mercede corruptis oratoribus quaerant, qui legibus et plebiscitis neglectis omnia suo arbitrio faciant, qui rempublicam paene per praeconem vendant, qui coronare, quem ipsis placuerit, et non coronare iubeant. Caveant iudices, ne studium ac munificentiam eorum, qui impensam pro re publica facere parati sint, oratorum aviditati condonent: si minus, fore, ut ceteros omnes doceant munera publica quam vilissime administrare, qui vero pro ipsis apud iudices impudenter mentiantur, quam plurimo conducere.

πέρδοις). (48), 18 περί δὲ τοῦ πλείονος ἀργυρίου. ⁸⁸⁾ Dem. 21, 80; 154–155; (50), 52. A. Kirchhoff, l. l., p. 104.
⁸⁹⁾ Cf. F. Blass, l. l., III², p. 219; „Ferner schweift Demosthenes häufig ab oder unterbricht sich oder greift

Huic epilogo magna est similitudo cum epilogo Aristocrateae et tertiae Olynthiacae⁹⁰⁾, ubi similem in modum atque hic verbis asperis carpuntur Athenienses, quod a bonis moribus maiorum defecerint, quod in eos, qui per iniuriam pecuniis publicis se locupletent, nimia sint indulgentia quodque omni potestate et agendi libertate amissa oratorum et magistratum servi sint facti. Hanc similitudinem usque ad singula verba pertinere infra videbimus.

III. De elocutione et compositione.

Age nunc ipsam orationem perlustremus ac singula verba locutiones sententias cum ceteris scriptis, quae sunt in corpore orationum Demosthenicarum⁹¹⁾, quam accuratissime comparemus, ut quatenus cum illis congruat, quatenus ab eis discrepet videamus. Ea, quae cum veris orationibus⁹²⁾ congruunt, litteris latius dispositis significabimus. Simul occasione data in elocutionem Demosthenicam accuratius perscrutandam et in hanc orationem explicandam animum intendemus, quam, quantum scimus, hac aetate nemo adhuc continuo commentario exegetico instruxit.

§ 1. *Εἰ μὲν*] Idem initium invenitur in veris orationibus 4, 1; 27, 1; praeterea prooem. I (= 4, 1) et X — *εἰ μὲν . . . νῦν δέ . . . δῶ*] Similis est structura enuntiatorum prooem. XXI *εἰ . . . νῦν δέ . . . ὅθεν*. (48), 2 *εἰ μὲν οὖν . . . νῦν δέ . . . δέομαι οὖν*. De hac argumentandi ratione cf. H. Frohberger (G. Gebauer), *Ausgew. Reden des Lysias* I², Lipsiae 1880, append. p. 389 sq. — *ὅτι*] Demosthenes semper dicit *ὅτι* pro *ὅτινι*. Itaque non assentiar F. Blassio 36, 59 pro *τῇ*, quod est in libris, scribenti *ὅτινι*. — *πλείστοι συνέποιον*] Cf. § 22 *τοὺς δ' ἐπὶ τοῦτων ἀναιδῶς εἰς ἡμᾶς πεισομένους ὡς πλείστον μισθοῦσθαι*. Hi plurimi defensores, quos adversarii pecunia, ut actor dicit (cf. § 16 *ἐπὶ μισθῷ συνηγοροῦντες*, § 18 *σπονδάζονσι δὲ μᾶλλον ἢ προῖξ' ἢν τις ἡμῶν πράττων, ὥσπερ ἄξια τοῦ μισθοῦ ποιῆσαι προσήκον αὐτοῖς*), sibi paraverant, tum multum in re publica videntur valuisse. Nihil accuratius de eis scimus, nisi quod a partibus Aristophontis illius Azeniensis nonnullos eorum stetisse colligere possumus ex § 16 *ὥστε τῶν τότε συγκατηγοροῦντων μετ' Ἀριστοφώντος . . . νῦν κελύουσι τινες τοῦτον στεφανῶσαι*. — *ὁ βουλῇ*] Ex hac allocutione apparet hanc orationem habitam esse apud senatum quingentorum, penes quem cura erat expeditionum navalium faciendarum, v. supra p. 2. — *τὸ ψήφισμα ἐκέλευε*] Eadem locutio redit 24, 29; (47), 44. Cf. etiam 24, 112 *τὰ ψηφίσματα προστάττει*. Saepissime reperitur *ὁ νόμος* (*οἱ νόμοι*) *κελεύει* (*κελεύουσιν*). De decreto, ad quod provocat actor, v. supra p. 2. — *καὶ* = *καὶ* *ἂν* in apodosi enuntiatii conditionalis non legitur nisi in veris orationibus 19, 282; 24, 109; 30, 14; 39, 17. 40; 45, 12; 54, 12; praeterea prooem. XXXIX, 3. — *εἰ . . . καὶ ἀνόητος ἦν*, *εἰ*] Cf. locum simillimum 8, 58 = (10), 60 *εἰ . . . ἀνοήτατος πάντων ἂν εἴη*, *εἰ*. Propter hunc locum non faciam cum F. Blassio, qui pro *εἰ* *λαβεῖν αὐτὸν ἡξίον* scribendum proponit *λαβεῖν αὐτὸν ἄξιον*. — *Κηφισοδότου μόνου μοι συνειρηκότος, τοῦτοις δὲ παμπόλλων*] De Cephisodoto patrono v. supra p. 6 sq. *Πάμπολυς* non reperitur nisi in genuinis orationibus 19, 180; 20, 91; 22, 22; 27, 49; praeterea prooem. XV, 1 et XXIV, 3. Saepe queruntur oratores, velut noster, ut iudicum benevolentiam sibi concilient, sibi nullos vel paucos, adversariis autem multos patronos praesto esse. Cf. (44), 3 *ὥστε καὶ τοὺς συνηγοῦντας ἐπὶ αὐτῶν . . . πολλοὺς πεπορίσθαι*. 21, 112 *καὶ μάγνηρές εἰσιν ἔνομοι τοῦτοις καὶ συνηγοροὶ πάντες κατ' ἡμῶν ἐντροπεῖς*. *ἐμοὶ δ' οὐδὲ τάληθ' μαρτυρεῖν ἐθέλοντας ὁρᾷ' ἐνόους*. (58), 4 *ὥστε μοι μηδὲ τὸν συνηγοῦντ' εἶναι*. 18, 3. — *τὸν ταμίαν προσέταξεν ὁ δῆμος δοῦναι*] Quod hic parum accurate dicitur quaestorem (*ταμίαν*) iussu populi coronam dare, id non ita explicandum videtur, ut quaestor ipsam coronam det, sed tantum ut ex aerario suo pecuniam solvat, unde corona conficiatur. Quod quidem concludi potest ex similibus decretis, in quibus haud raro magistratus nominantur, qui pecuniam ad coronas

hinterher zurück auf etwas, was eigentlich früher zu stehen hatte. ⁹⁰⁾ F. Blass, l. l., III², p. 245 not. 8; cf. etiam epilogo orationis de falsa legatione (19, 342—43).

⁹¹⁾ Utemur in locis laudandis G. Dindorfii editione maiore, quam quartum curavit F. Blass, Lipsiae 1885—91. Magno nobis adiumento fuerunt C. Rehdantzii „Indices ad Demosthenis novem orationes Philippicas“, quos iterum edidit F. Blass, Lips., 1886, et „Index Demosthenicus“, quem confecit S. Preuss, Lips., 1892.

⁹²⁾ Verae sunt omnium fere virorum doctorum consensu orationes: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8. 9. 14. 15. 16. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 27. 28. 29. 30. 31. 36. 37. 38. 39. 41. 45. 54. 55. 57; dubiae vel falsae, quarum numeros uncis rotundis () includemus: (7). (10). (11). (12). (13). (17). (25). (26). (32). (33). (34). (35). (40). (42). (43). (44). (46). (47). (48). (49). (50). (52). (53). (56). (58). (59). (60). (61), prooemia I—LVI, epistolae I—VI.

conficiendas numerent⁹³). Qui inter plures, qui Athenis fuerunt, quaestores hic intellegendus sit, non liquet; cogitari potest de quaestore populi (ταμίης τοῦ δήμου), cui quarto a. Chr. saeculo etiam alibi cura coronarum conficiendarum mandatur⁹⁴). — πεποίηκα δὲ τοῦτ' ἐγώ] Similiter dictum est 24, 37 ὁ γὰρ νῦν πεποίηκα. — διό] = δι' ὃ, „quamobrem“, cum verbo δεῖν coniunctum praeterea legitur 1, 11; 20, 162; (58), 25; prooem. XXII, 2; διὸ καὶ 1, 11; 19, 40; 55, 9; (17), 7, 8; (26), 4; (56), 9; (58), 25, 55; epist. I, 12; διὸ δὴ 55, 11; διὸ δὲ καὶ (61), 6; denique διὸ in interrogatione indirecta = διὰ τί prooem. XIX. Apud verum Demosthenem frequentissima est locutio φημί δεῖν, quae perpaucis locis exceptis non reperitur nisi in genuinis eisque publicis orationibus. Cf. 1, 6; 2, 11, 27; 4, 8, 16, 18, 19 bis, 21; 5, 13; 6, 31; 8, 76; 9, 8, 73; 14, 17, 22, 35, 37, 41; 16, 11, 27; 18, 177, 190; 19, 14, 239; (13), 3, 9, 11⁹⁵); prooem. XVII; XXXV, 4. Huc accedunt φησὶ δεῖν 18, 119; 19, 299; 22, 21; φασὲν δεῖν 20, 95; (56), 31; φασὶ δεῖν 8, 67; 16, 16; 18, 323; 25, 40; 51, 17; (10), 70; (26), 22; (58), 29; φῶμεν δεῖν 16, 25; δεῖν φήσομεν 16, 6; φήσουσι δεῖν (17), 18; ἔφη δεῖν (53), 13; prooem. I, 3; ἔφασαν δεῖν 9, 64 (δ' ἔ); 18, 152; φήσους δεῖν 19, 291; φάσονται δεῖν (17), 14. Horum plus quinquaginta locorum quarta fere pars ex dubiis vel spuriiis orationibus sumpta est. Vide etiam C. Rehdantz, Indices II², s. v. οἶμαι. Plerumque verbum φημί antecedit infinitivum δεῖν aliis verbis non interpositis; excepti sunt tres tantum loci (9, 64; 16, 6⁹⁶), 11), ubi infinitivus δεῖν antecedit formam verbi φημί, et quattuordecim loci (2, 11, 27; 4, 19; 9, 8; 14, 22; 16, 6, 16; 18, 119; 19, 291, 299; (17), 18; (26), 22; (56), 18; prooem. XLV, 4), ubi alia verba interposita sunt. Denique φημί χρῆναι legitur 14, 10; 15, 16; 16, 24; (11), 23; (13), 4; epist. I, 8. Ex locutione φημί δεῖν sim. pendet nominativus cum infinitivo, non accusativus cum infinitivo: itaque hoc loco dictum est φημί δεῖν αὐτὸς στεφανοῦσθαι, non ἐμέ. Cf. 16, 11 ἐγὼ δὲ . . . πειρᾶσθαι δεῖν φημί καὶ αὐτὸς. 19, 235; 21, 17. R. Kühner, Ausf. Grammatik d. gr. Spr., Hanoverae 1872², II § 476, 3.

§ 2. Θανμάζω δὲ καὶ τοῦτων, ὅτι] Cf. § 11 Θανμάζω δ' ἔγωγε, τί δήποτε. Haec formula transeundi frequentissime occurrit apud oratores Atticos. Multa exempla collegit H. Frohberger (G. Gebauer), l. I, 12, p. 504. Cf. etiam G. Fox, l. I., p. 95 sq. Apud Demosthenem haec formula tricies fere in genuinis, septies in dubiis vel falsis orationibus legitur. Ex verbo Θανμάζω pendet plerumque sententia secundaria, conjunctionibus ὅτι, ὥς, vel interrogativis εἰ, τί (τί ποτε, τί δή ποτε), πῶς, ὅπως introducta. Additur persaepe ἔγωγε sive ἐγώ — τῆς τοιήρους ἀμελήσαντες τοὺς ῥήτορας παρεσκευάσαν] Similiter dictum est prooem. IX, 1 πολλοὶ τοῦ τὰ πράγματα κρίνειν ἀμελήσαντες τοὺς λόγους σκοπεῖν οὗς ἐροῦσιν εἰδῶθαι. Cf. etiam 19, 155; (10), 29; (35), 22. Pro τοὺς ῥήτορας παρεσκευάσαν, sc. ἐαυτοῖς, aptius esset medium παρεσκευάσαντο, ut § 20 τοιοῦτους τοίνυν τοὺς συνεροῦντας αὐτοῖς παρεσκευασμένοι. (18), 36 οἱ ῥήτορες, οὗς οὕτως παρεσκευάσται ἐπ' ἐμέ. 29, 28; (44), 39. Pro παρασκευάζειν, „subornare, machinari“, in veris orationibus saepius legitur κατασκευάζειν, cf. 20, 111; 22, 1, 2, 62; 23, 5; 29, 27, 36; 55, 1, 34; 57, 24. — καὶ δοκοῦσί μοι παντὸς διαμαρτυρῆναι τοῦ πράγματος] „videntur mihi totam rem, quae agitur, perperam intellexisse.“ Cf. locum similem 21, 192 οὐκ ἂν τοσοῦτον διήμαρτε τοῦ πράγματος. A verbo διαμαρτυρῆναι plerumque pendet genetivus, cf. praeter locos laudatos 15, 31; 18, 3, 30, 43, 89; 19, 151; 28, 18; (32), 6, 12; (42), 31; (53), 16; (61), 3, 6, 7, 34, 35; prooem. XLVII, 2;

⁹³) Velut ἀποδέχεται C. I. Att. II 809 Col. a, vs. 199 sq. τοὺς δὲ ἀποδέχας [μερίσας] τὸ ἀργύριον τὸ [εἰς τοῦς] στεφάνους, vel ὁ (οἱ) ἐπὶ τῇ διοικήσει C. I. Att. II 251, 275, 311, 312. A. Kirchhoff, l. I., p. 69. ⁹⁴) G. Dittenberger, sylloge inscriptionum graecarum, Lips. 1883¹, No. 101, vs. 39 sq. τὸ δὲ ἀργύριον διδόναι τοῖς ἀθλοθέταις εἰς τοὺς στεφάνους τὸν τοῦ δήμου ταμίαν ἐκ τῶν εἰς τὰ κατὰ ψηφίσματα τοῖς δήμοις μεριζομένων. C. I. Att. II 254, 594. Etiam ταμίης τῶν στρατιωτικῶν in titulis non raro pecuniam ad coronas conficiendas numerare iubetur, velut C. I. Att. II 465, 19; 467, 50; 469, 37; 476, 27; sed cum is non ante medium saeculum quartum a. Chr. videatur institutus esse (cf. G. F. Schömann, Griech. Alterth. I⁴, p. 454 sq. U. Köhler, Hermes V (1871), p. 12 sq.), de eo hic cogitari nequit. Summa pecuniae, quae ad tales coronas conficiendas erogabatur, plerumque quingentarum vel mille drachmum erat; raro occurrunt in titulis coronae minoris pretii, ut C. I. Att. II 809 Col. a (v. supra p. 2, not. 15). Saepenumero non pretium coronae, sed pondus auri, quo opus est ad eam conficiendam, indicatur, ut C. I. Att. II, 652, 667. Cf. A. Boeckh, l. I., I³, p. 37. G. Schmitthenner, l. I., p. 12 sq.

⁹⁵) Auctorem orationis (13) περὶ συντάξεως verum Demosthenem multis locis exscripsisse constat. Cf. F. Blass, l. I., III², p. 403. H. Windel, Demosthenis esse orationem, quae περὶ συντάξεως inscribitur, Hameln 1889.

⁹⁶) Iure suo G. Fox (Demosthenes' Rede für die Megalopoliten, Friburgae 1890, p. 107) hoc loco infinitivum δεῖν contra F. Blassium defendit.

XLIX 2; epist. II, 13; supplendus est genetivus 15, 12; absolute positum est 19, 182. 193; 24, 48. 110; (61), 7; prooem. XXVIII, 2; XLIV, 2. — οὐχὶ τοῖς ποιοῦσιν ἂ δέῃ χάριν ἡμᾶς ἔχειν] Cf. § 17 τοῖς ὑπηρετοῦσιν ἂ δέῃ χαρῆσθαι. Similis sententia redit 23, 197; 38, 25; ποιεῖν vel πράττειν ἂ δέῃ praeterea legitur 3, 16; 9, 52; 24, 92; 25, 93; (11), 19; ἂ χάρ' prooem. XLIV, 2; ἂ προσήκει 2, 22; 4, 2; 8, 77; 9, 67; (11), 19. Multo frequentius occurrit τὰ δέοντα ποιεῖν vel πράττειν, cf. 1, 6; 2, 3; 3, 3. 9. 11. 36; 4, 2; 8, 47. 48. 50. 53; 9, 4. 5. 28; 15, 30; 18, 212. 246; 19, 86; 23, 202; 31, 14; (10), 22. 24. 26. 37. 46. 75; (13), 5; (26), 27; (60), 18; prooem. XXX, 3; XXXII, 2; epist. I, 3. — ἀλλὰ τοῖς φάσκουσιν] sc. ὅτι ποιοῦσιν ἂ δέῃ, „eis qui affirmant se facere, quae opus sunt, non eis, qui faciunt, vos gratiam habere putant.“ Similiter dictum est 45, 26 πλεῖστον δὲ δῆπον κεχώρισται τό τ' εἶναι καὶ τὸ τοῦτον φάσκειν. prooem. XLV, 1 μὴ κεχωρισμένον ἢ λόγον εἰπεῖν εὖ καὶ προσέσθαι πράγματα συμφέροντα. Vide etiam G. Hüttner, l. l., p. 28 — οὐ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐγνωζότες ὄντες ἐγὼ περὶ ὑμῶν] „non eandem, i. e. peiorem de vobis opinionem habentes quam ego.“ Cf. locum similem 8, 67 = (10), 70 οὐ τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον περὶ ὧν ὑμῶν καὶ περὶ αὐτῶν ἐπίους τῶν λεγόντων ὁρῶ βουλευομένους. epist. I, 9 ἐὰν τοῦτον τὸν τρόπον περὶ τῶν παρεληλυθόντων ἐγνωζότες ἦτε. 4, 39; prooem. IX, 1. Τὸν αὐτὸν τρόπον praeterea legitur 1, 15; 4, 21. 39; 8, 10. 18. 64; 9, 30. 33. 61; 14, 21; 20, 2. 57. 61; 21, 130; 22, 25. 27. 29; 23, 89. 129; 36, 48; 37, 30; 39, 7; 45, 31; 57, 50. 56. 66; (10), 43. 66; (11), 3; (25), 21. 89. 96; (26), 9; (42), 32; (59), 53; prooem. LV, 2. Perfectum ἐγνωσα haud raro praesentis loco usurpatur, ut apud Romanos „novi, ich weiss“; cf. praeter locos laudatos 1, 6; 3, 10; 4, 13. 29; 8, 46; 9, 16. 29; 15, 1; prooem. I, 2; X, 1; XVIII; XXIII; XXVII, 1; XXX, 2; XLVII, 2; epist. III, 45; Lys. I, 19; Din. 3, 11. Perraro ἐγνωσα exstat in spurii orationibus. — Κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο] „hanc ipsam ob causam“, sc. quod ego meliores vos duco quam isti. Κατ' αὐτὸ τοῦτο praeterea legitur 9, 30 (κατὰ secl. F. Blass); 18, 108 (αὐτό om. A Y); 19, 214; 20, 96; 24, 104; 37, 13; (46), 10. Cf. praeterea κατὰ τοῦτο 18, 108; 19, 241; 24, 202; 36, 46; 37, 55; 38, 3. 26; (46), 15; (59), 8; epist. II, 3; κατὰ ταῦτα 37, 55; κατὰ ταῦτό prooem. XLVII, 1; κατὰ ταῦτά 5, 1; 22, 27; κατ' ἐκεῖνο 24, 188; κατὰ πάντα 54, 40; 57, 56; (46), 12; κατὰ θάτερα 57, 30; κατ' οὐδέν 36, 33; 37, 24. Videmus rarum esse hunc usum praepositionis κατὰ in subditiis orationibus. — δικαίως ἂν ἔχοι' ἐννοιωτέρας ἐμοί] Cf. locos similes 57, 1 δοῦμαι . . . ἀκούσαι . . . ἐμοῦ . . . μετὰ πλείονος ἐννοίας ἢ τοῦτον (τοῖς γὰρ ἐν κινδύνῳ καθιστηζόμεναι εἰκόσ ἐννοιωτέρας ὑπάρχειν). 23, 4 εἰκότως . . . προσέχουτέ μοι τὸν νοῦν καὶ μετ' ἐννοίας ἀκούσαιθ' ἂ λέγω. Iudicium benevolentia persaepe imploratur in prooemiis orationum, velut 37, 3; 54, 2; (34), 1; (43), 2; (47), 3; (58), 3. Cf. etiam G. Hüttner, l. l., p. 10. — φαίνονται γὰρ βελτίους ἡμᾶς ὑπολαμβάνων ἢ οἱτοί] Similiter dictum est 6, 18 = (10), 13 εὖ φρονεῖν δ' ἡμᾶς ὑπολαμβάνων. 5, 11.

§ 3 Χρῆν μὲν οὖν . . . αὐτοὺς ἀξιότους ἐπιδεικνύναι τοῦτον, μὴ ἐμὲ κακῶς λέγειν] Similia leguntur 21, 134 σπαντὸν οὖν μειριώτερον χρῆν παρέχειν, οὐκ ἐκείνους διαβάλλειν. 24, 74 χρῆν γὰρ αὐτόν . . . καὶ μὴ. Ἐπιδεικνύναι ἑαυτόν, „se praeber“, apud Demosthenem alibi non exstat, sed cf. Andoc. 4, 11 ἐπιδείξας δ' αὐτὸν φοβερόν. Crebrius dici solet ἑαυτὸν παρέχειν, ut 19, 343; 36, 58. Semel reperitur ἑαυτὸν ἀποδεικνύναι, cf. 15, 4 ἀποδείξαντες ἑαυτοὺς συμμάχους. Κακῶς λέγειν passim legitur, cf. 18, 123. 126; 19, 214 bis. 257; 20, 104; 21, 32. 33. 79. 148. 194; 22, 32; 38, 26; 45, 82; 54, 4. 5; (40), 46. 49. 50; (47), 63. — δίκαιον ἦν] Haec locutio cum sequenti infinitivo redit prooem. LII ἦν μὲν δίκαιον. — τοὺς τὸν στέφανον οδομένους δεῖν παρ' ὑμῶν λαβεῖν] De locutione οἶμαι δεῖν idem fere valet quod de φημί δεῖν, v. supra p. 13. Multo frequentius enim legitur in veris quam in dubiis vel falsis orationibus, quinquagies fere in his, paene ducenties in illis. Fere semper verbum οἶμαι antecedit infinitivum δεῖν, excepti sunt duodecim tantum loci; quamobrem non probaverim lectionem δεῖν οδομένους, a F. Blassio hoc loco propter brevitates cumulas propositam. Plerumque infinitivus δεῖν statim subsequitur verbum οἶμαι, aliis verbis non interpositis; excepti sunt quattuordecim tantum loci. Multo rarius quam οἶσθαι alia verba opinandi cum infinitivo δεῖν iuncta leguntur: terdecies ἡγοῦμαι δεῖν 1, 20; 5, 17; 19, 235; 41, 25; (42), 13; (44), 28; (50), 63. 65; (53), 24; (56), 14; (58), 1; (59), 4; (60), 31; quinquies νομίζω δεῖν 18, 269; 20, 150; (40), 12; (44), 5; (58), 15; sexies ὑπολαμβάνω δεῖν 18, 110; 23, 25; 24, 53; (25), 2; (44), 49; prooem. XXIII β. Cf. etiam C. Rehdantz, Indices II², s. v. οἶσθαι. — ἐπειδὴ δὲ τοῦτο παρόντες ἐκεῖνο ποιοῦσι]

Τοῦτο, sc. „se dignos praebere corona“, *ἐκεῖνο*, sc. „maledicere“; *τοῦτο* igitur pertinet ad notionem remotiorem, *ἐκεῖνο* ad propiorem. Item res se habet § 18 *οὔτε γὰρ τοῦθ' ἐπομέναιμι ἂν οὐτ' ἐκεῖν' ἐποίῃσα*. 3, 33; 8, 72; (26), 14; (44), 23. Haud raro pronomina *οὗτος* et *ἐκεῖνος* copulantur vel inter se opponuntur. Nostri loci simillimus est 4, 50 *ἀλλ' ἂν ἀφέντες ταῦτ' ἐκεῖν' εἰδῶμεν*, cf. praeterea 19, 282; 23, 32. 58. 94. 143. 193; 24, 44. 209; 38, 8; 45, 38; (26), 14; (52), 26; (56), 21. *Παρίεναι*, „omittere, negligere“, in simili sententiarum nexu invenitur 18, 263; prooem. I, 3; XV, 2. Eandem fere vim habet alibi *ἀφιέναι*, cf. 4, 7. 50 (v. supra); 18, 11. 69. 272; 45, 50; prooem. XVII. In spuris orationibus neque *παρίεναι* neque *ἀφιέναι* tali modo usurpatur. — *ἀμφότερ' αὐτοὺς ἐπιδείξω ψευδομένους ἄθ' . . . καὶ ὅσα*] Simillima leguntur 19, 203 *οἷμαι μοι προσήκειν ἀμφότερ' ἑμὶν ἐπιδείξαι, καὶ ὅτι ψεύσεται . . . καὶ*. 36, 34; 37, 1; 38, 14. — *ἂ θ' αὐτοὺς ἐνεκωμιάσῃ*] „quibus in rebus ipsi se praedicaverint“; *ἂ* est accusativus q. d. materiae, de quo cf. C. Rehdantz, Indices II², s. v. Accusativus. Huius loci similes sunt 1, 27; 2, 14; 3, 3; 8, 9. 63; 9, 25; 20, 5; 23, 117. *Ἐαυτὸν ἐγκωμιάζειν* apud Demosthenem alibi non exstat, sed cf. Aeschin 3, 241 *εἰ γὰρ τολμήσει . . . οὗτος . . . ἑαυτὸν ἐγκωμιάζειν*, ibid. *ὅταν . . . ἑαυτὸν ἐγκωμιάσῃ* — *καὶ ὅς' εἰς ἡμᾶς ἐβλασφήμησιν*] *Βλασφημεῖν εἰς τινα* apud Demosthenem hoc uno loco invenitur. Alibi *βλασφημεῖν* absolute positum est, velut 19, 210; 20, 115; 39, 34; 57, 33; (25), 94; (58), 58, vel cum *περί* et genetivo coniunctum, velut 18, 10. 82; 19, 213; 41, 20; (40), 45. 47. 49, vel cum *κατά* et genetivo, velut 20, 37; 57, 11. Cf. etiam L. Lutz, die Präpositionen bei den att. Rednern, Neustadt a. H. 1887, p. 12. — *ἐξ αὐτῶν τῶν πεπραγμένων ἐκατέρους*] Saepissime ei, qui causas agunt, argumenta sua se ex ipsis rebus repetituros vel adversarios refuturos esse promittunt. Cf. locos huiusmodi similes 30, 14 *οἷμαι ῥαδίως ἐπιδείξειν ἐξ αὐτῶν τῶν πεπραγμένων* 19, 101 *ἂν . . . ἐλεγχθῇ σαφῶς ἐπ' αὐτῶν τῶν πεπραγμένων*. 38, 3 *ἐξ αὐτῶν τῶν πεπραγμένων εἴσοσθε*. 19, 167. 279; 23, 13. 22; 24, 16; 27, 41; 29, 28. 40; 31, 4; 37, 25 (*πάνθ' ἐπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἐξελεγχθήσεται ψευδόμενος*); 55, 2; 57, 19; (34), 4. 22. 29; (35), 17; (17), 74; (56), 13; (58), 10; (59), 79; prooem. XLV, 3; epist. IV, 5. Saepae etiam actores, ut noster, res ab ipsis gestas rebus ab adversariis gestis opponunt. Cf. 18, 25 *σκέψασθε, τί ἡμῶν ἐκάτερος προείλετο πράττειν*. 18, 265 *ἐξέτασον . . . παρ' ἀλλήλα τὰ σοὶ καὶ μοι βεβιωμένα*. 21, 39 *τῶν πεπραγμένων ἔμοι καὶ τοῦτοις οὐδὲν ὁμοίον ὀρώ*. 19, 205. 215. 223. In falsis orationibus talia non inveniuntur nisi (13), 26 *τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων καὶ τῶν ἑμῶν*. Verbo *πράττειν* apud Demosthenem fere semper adiungitur dativus personae pro *ἐπὶ* cum genetivo; excepti sunt in plus ducentis locis tantum quattuordecim 14, 1; 18, 139. 250; 19, 9. 95. 117 (*τὰ ἐπὶ Φιλοζόωνος πεπραγμένα* delevit F. Blass); 20, 72. 87; 21, 78. 162; 36, 34; (44), 55; (59), 41; prooem. VII, 1. In his sunt quattuor loci (18, 250; 19, 9. 95; 36, 34), ubi *ἐπὶ* cum genetivo sine dubio propterea positum est, quod duo dativi concurrunt. Vide etiam G. Hüttner, I L, p. 49 et Karlowa, Bemerkungen z. Sprachgebr. des Dem., Pless 1883, p. 9 sq.

§ 4. *Ψήφισμα γὰρ ἑμῶν ποιησαμένον . . . καὶ ταῦτα κρωσάντων*] *Ταῦτα* pertinet ad enuntiatum interiectum ὅς' ἂν . . . *παράδοῦναι*. Cum hoc loco comparari potest 23, 180 *ψήφισμα παρ' ἑμῶν . . . εὔρετο, ἐξ ὃς κρωσθέντος ἂν*. Verbum *κρωσθῆναι* excepto uno loco (7), 9 non invenitur nisi in veris orationibus. — *πρὸ τῆς ἔτης καὶ νέας*] *Ἐτη καὶ νέαι*, proprie vetus et nova luna, sive *τριακὰς* appellabatur ultimus dies mensis, quo vetus mensis novum contingebat. Cf. (25), 20 *τὰς ἔνας ἀρχὰς τὰς νέας . . . ἐπεξίεναι*. Plut. Solon 25. A. Schmidt, Handbuch der griech. Chronologie, Jenae 1888, p. 132. — *ἐπὶ γόμῃ τὴν νῦν περιορμίσῃ*] De horum verborum sensu v. supra p. 3 et 5. Pro *περιορμίσῃ* libri meliores exhibent *περιορμήσῃ*, item duobus versibus infra *περιορμήσα* pro *περιορμίσαι* et § 7 *περιορμήσαι* pro *περιορμίσαι*. Sed cum verbum *περιορμίσαι* („vor Anker liegen“) his locis ad sententiam non quadret, editores iure suo formas a verbo *περιορμίζειν* („vor Anker legen“) derivatas in textum receperunt — *δοῦναι καὶ δικαστηρίῳ παραδοῦναι*] De tardis trierarchis multandis v. supra p. 4. *Δικαστηρίῳ παραδοῦναι* redit (47), 43 *δικαστηρίῳ παραδοῖν*. Lys. 30, 11 *δήσαντας αὐτὸν παραδοῦναι δικαστηρίῳ*. Antiph. 1, 17. 66; Aeschin. 1, 111. 112. — *ἐγὼ μὲν . . . ἔλαβον*] De horum verborum explicatione v. supra p. 5 sq. — *οἱτοὶ δ' οὐδὲ κατέλκυσαν*] Libri omnes exhibent *οὐ κατέλκυσαν* pro *οὐδὲ κ*, quod auctore A. Kirchhoffio (I. I, p. 74, not. 24) in textum recepit F. Blass. Sed cum verbum *κατέλκειν*, ut supra (p. 5) vidimus, synonymum verbi *περιορμίζειν* esse possit, haec mutatio non necessaria videtur. — *ὥστ' ἐνοχοὶ δεσμῶν γεγόνασιν*] „ut vinculorum poenae obnoxii facti sint“. Pro *δεσμῶν* in nonnullis

libris legitur δεσμοῦ. Cum vero ἔνοχον εἶναι, „obnoxium esse, teneri aliqua re“, apud Demosthenem uno loco excepto, qui corruptus videtur⁹⁷⁾, semper dativo iungatur, hoc quoque loco praeferendum est δεσμοῦ. Alibi ἔνοχον εἶναι interdum genetivo sceleris iungitur, ut Lys. 14, 5 οὐδεὶς ἔνοχος ἐστὶ λιποταξίῳ οὐδὲ δειλίᾳ. Antiph. 6, 46 ἔνοχον εἶναι τοῦ θόρον. Plato leg. 11, 915a τῶν βιαίων ἔνοχος ἐστω. Cf. H. Frohberger, l. 1, II¹, p. 15. — πῶς οὖν οὐκ . . . φαίνοισθε;] Sententia huius enuntiati est: „Nonne stultissime faceretis, si eos qui tantae poenae sese obnoxios fieri passi sunt, coronaretis?“ Habemus hic argumentum quod dicitur e contrario (ἐνθέρμημα), de quo fusius disputavit G. Gebauer, de hypotacticis et paratacticis argumenti ex contrario formis, Zwicaviae 1867, cf. p. 20 et 76. Particulae πῶς οὖν οὐκ praeterea interrogationem introducunt 20, 147; 23, 143; (47), 7 (οὖν omisit Σ). — ἀποπύσσονται ἢ διαπραΰναισθ' ἔργον] Cf. § 8 ταῦτα τινῶν διαπραΰναισθ' αὐτοῖς. ἔργον διαπραΰναισθαι praeterea legitur 18, 24; 23, 186; 24, 68; (26), 25; (58), 67; (59), 73. — τοὺς καὶ αὐτῶν ἑσσαντας τίμημα τοιοῦτον ἐπαχθῆναι] Similiter dictum est (47), 28 ἀλλ' εἴσε καὶ αὐτοῦ ψῆφον ἐπαχθῆναι. Locutio τίμημα ἐπάγειν redit 21, 25 τίμημα ἐπάγειν ὅτι χρεὶ παθεῖν ἢ ἀποκτεῖσθαι, ubi significat „litis aestimationem afferre“. — εἰ . . . στεφανώσαντες ὑμεῖς φαίνοισθε] Cf. § 9 εἰ . . . στεφανώσαντες φαίνετε. Structura enuntiatorum similis est 19, 267 ἐπεφύεσθαι ἢ εἶναι, εἰ . . . μὴ κολάζοντες φαίνοισθε. — τοὺς ἑσσαντας . . . τοῦτους] Saepe pronomine οὗτος participium antecedens articulo iunctum recipitur. Cf. § 17 τοὺς ἡλλοτριωκότας αὐτοὺς . . . τοῦτους. 6, 22 τὸν . . . ἀποδόντα, . . . τοῦτον. 8, 56 τοὺς . . . συμβουλευόντας, τοῦτους. 9, 17 ὁ γὰρ πράττων . . . οὗτος, ibid. 18 τὸν . . . ἰσάντα, τοῦτον. 16, 27 τοὺς δὲ βοηθοῦντας . . . τοῦτους. 18, 158. 281; 24, 205; 36, 49; 45, 73; 54, 21; (10), 58; (25), 68; (26), 7 24; (32), 11; (42), 30; (43), 76; (44), 15. 38 bis; (48), 3; (49), 52; (58), 58; (59), 114. Nonnumquam pronomem οὗτος antecedit participium, cf. 37, 44 οὗτος ἐστὶν . . . ὁ ἐκβαλὼν. (32), 14 οὗτος ὁ . . . ὀφείλων. (34), 9; (35), 16. 28; (40), 30.

§ 5. Τὰ σκεύη τοῖνυν . . . ἐγὼ μὲν ἐκ τῶν ἰδίων ἀνήλωσα καὶ τῶν δημοσίων ἔλαβον οὐδέν.] Paene eisdem verbis utitur Apollodorus, filius Pasionis trapezitae, in oratione adversus Polyclem habita: (50), 7 ἔτι δὲ σκεύεσιν ἰδίῳ τὴν νῆα ἄπασιν κατεσκευάσα καὶ τῶν δημοσίων ἔλαβον οὐδέν, cf. etiam ibid. § 26. 33. 34. Quae similitudo veteres grammaticos et criticos perduxisse videtur, ut hanc quoque orationem Apollodoro ascriberent et ad eius trierarchiam anno Ol. 104, 3 = 362 a. Ch. factam referrent. Quod propter temporum rationem fieri non posse, iam supra (p. 1 et 8 sq.) vidimus; nam haec oratio non ante annum Ol. 104, 4 = 361 a. Ch. poni potest. Saepe trierarchi, ut iudicibus se commendunt, se suis, non publicis armamentis usos esse praedicant. Cf. praeter locos laudatos (47), 23 οὐδεπώποτε ἔλαβον σκεύη ἐκ τοῦ νεωρίου, ἀλλ' αὐτοὺς ἰδίᾳ παρεσκευάσθαι. 21, 154 τὰ ναυαλώματα πάντ' ἐκ τῶν ἰδίων ἐδαπανώμεν καὶ τὰς νῆας ἐπληρούμεθ' αὐτοί. Τὰ σκεύη . . . ἐκ τῶν ἰδίων ἀνήλωσα per breviloquentiam quandam dictum est pro ἐκ τῶν ἰδίων ἀναλώσας παρεσκευάσα. Vide G. H. Schaeferi notam, l. 1, p. 1229, 16. Ἐκ τῶν ἰδίων praeterea occurrit 19, 170. 222. 290; 21, 11; 22, 76; 24, 184; (13), 4 (ἂν γὰρ ἐκ τῶν ἰδίων παραναλίσκετε); (40), 56. Permultis locis notiones ἰδῖος et δημόσιος vel κοινός ut hic inter se opponuntur, cf. § 14 ἀπὸ τῶν κοινῶν . . . ἀπὸ τῶν ἰδίων. 18, 95. 210; 19, 192; 20, 136; 24, 35; 36, 53. 54. 57; 39, 7; 57, 59; (11), 20; (25), 95; (40), 37; (42), 29. 31; (48), 10; (49), 23; (50), 1; (53), 4. 23. 24. 25; (56), 50; (58), 20; (60), 10; epist. I, 9. 10. — ὅσα (sc. σκεύη) δεῖ παρέχειν τὴν πόλιν] Similia leguntur 21, 155 εἴτα πληρώμαθ' ἢ πόλις παρέχει καὶ σκεύη δίδωσιν. (50), 34 ὥστε αὐτὴ μὴ παρέχειν, sc. ἡ πόλις τὰ σκεύη. — τῶν σφετέρων οὐδέν ἐς ταῦτα προεῖνται] „nihil de suo ad armamenta comparanda largiti sunt“. Cf. (56), 48 ἐτοιμότερον προήσονται τὰ ἐαυτῶν. Pronomen σφετέρως perraro legitur apud Demosthenem (v. 22, 13; 27, 64; 38, 26; (61), 31), multo frequentius apud Lysiam. Huic loco similitudo quaedam intercedit cum loco Midianae 21, 154 sq., ubi Demosthenes magnum sumptum, quem ipse fecit in trierarchias, opponit perexiguo, quem fecit Midias. — καὶ μὲν οὐδ' ἂν ἐκείνῳ γ' ἔχοιεν εἰπεῖν] Cf. locos similes 23, 107 καὶ μὲν οὐδ' ἐκείνῳ γ' ἐστὶν εἰπεῖν. 24, 60 καὶ μὲν οὐδ' ἐκείνῳ γ' ἂν εἴποις. 8, 16; 18, 68; 20, 139; (40), 29; (49), 39. Plura exempla huius formulae transeundi, qua oratores saepe utuntur, ut ea, quae ab adversariis obici possint, praecoccupent, concessit H. Frohberger (G. Gebauer), l. 1, 12, p. 211. Καὶ μὲν plus nonagies in genuinis Demosthenis

⁹⁷⁾ (58), 6 κατὰ ταύτην τὴν ἐνδείξιν ἔνοχον εἶναι. F. Blass collata § 22 legendum proponit κατὰ τοῦτον (sc. τὸν νόμον) ἔνοχον εἶναι τῇ ἐνδείξει Θεοκρίτην.

orationibus, undecies tantum in falsis vel dubiis reperitur. Locutio ἔχοιεν ἂν εἰπεῖν praeterea occurrit in veris orationibus 9, 68; 15, 23; 27, 63; 45, 23. 67. — ὡς ἀνεπειρῶντ' ἐμοῦ πρότεροι] Verbum ἀναπειρᾶσθαι, „exercitia navigandi facere“, nisi hic et duobus versibus infra (ἐωρᾷθ' . . . ἀναπειρωμένην τὴν ναῦν) apud Demosthenem non reperitur; sed cf. e. gr. Thucyd. 7, 7 τὸ ναυτικὸν ἐπλήρουν καὶ ἀνεπειρῶντο. Imperfectum indicat haec exercitia saepius repetita ac diutius continuata esse. Quae ut spectaret, senatus ipse ad portum se conferre ibique usque ad classis profectionem concilia habere solebat, v. supra p. 2. A. Kirchhoff, l. l., p. 84, not. 36. — καὶ πάντες ἐωρᾷθ' ὑμεῖς] Isdem fere verbis appellantur iudices 19, 157 πάντες ὑμεῖς ἐωράκατε. (25), 77 (ὅν . . . ἅπαντες ὑμεῖς ἐωράκατε); 19, 145; 23, 31; 39, 16.

§ 6. Ἐτι τοῖνυν ὑπηρεσίαν τὴν κρατίστην ἔλαβον] Idem de se praedicat Apollodorus isdem fere verbis usus, cf. (50), 7 ὑπηρεσίαν τοῖνυν ἦν ἐδυνάμην κρατίστην ἐμισθωσάμην. Particulis ἔτι τοῖνυν saepissime efficitur transitus, cf. § 12 ἔτι τοῖνυν ἐμοίγε δοκεῖ. 19, 61. 80. 114. 148. 214. 221. 245. 297. 300. 339; 20, 8. 131. 136; 21, 38. 190. 206; 22, 21. 40. 63; 23, 77. 80. 94. 162; 24, 96; 27, 34; 29, 15. 33; 30, 33; 45, 24; 57, 28. 52. 70; (11), 5; (12), 3; (25), 60. 71. 85; (26), 6; (32), 31; (44), 59; (46), 11; (52), 25; (53), 21; (60), 11; (61), 21; epist. II, 12; III, 19. G. Fox, l. l., p. 64 distinguit τοῖνυν συλλογιστικόν, quo conclusio fit ex praecedentibus a τοῖνυν μεταβατικῶν, quod non pertinet nisi ad transitum ac saepe iungitur cum ἔτι, ut hoc loco et § 10. Ὑπηρεῖται, ministri navales, ut iam supra (p. 3) commemoravimus, erant nautae superiorum ordinum, qui cum trierarcho, navis praefecto, navem administrabant. Princeps in eis erat κυβερνήτης, gubernator, qui cum in puppi curabat tum trierarchum, ut hominem rerum navalium saepe parum peritum, consilio suo et opera iuvabat⁹⁸⁾; sequebantur προωρέες sive προωράτης⁹⁹⁾, qui in prora curabat, κελυστήρ¹⁰⁰⁾, qui remigibus praepositus erat, πεντηκόνταρχοι, qui comaeatui parando, mercedi solvendae sim. videntur providisse¹⁰¹⁾, denique ναπηγχοί¹⁰²⁾, qui navem sarcendam et reficiendam curabant. Inferiore loco quam hi erant duo τοίχαρχοι, quorum alter in dextero, alter in sinistro navis latere imperabat, et τριηραύλης, qui ad pulsum remorum tibiis canebat¹⁰³⁾. — οὗτοι δ' εἰ μὲν εἶχον χεῖρον ἡμῶν, οὐδὲν ἂν ἦν δεινόν, νῦν δέ] Similis est structura enuntiatorum 21, 214 καὶ γὰρ εἰ μὲν . . . , οὐκ ἂν ὁμοίως ἦν δεινόν, . . . νῦν δέ. 23, 128 εἰ μὲν γὰρ . . . , ἦττον ἂν ἦν δεινόν, νῦν δέ, ibid. 138 εἰ μὲν γὰρ . . . , δεινὸν ἂν ἦττον ἂν ἦν αἰσχρόν, νῦν δέ. 29, 58; (13), 7; (38), 8. Pro χεῖρον in libris F A^r est χείρον (χείρον) ἂν, ex quo coniecit F. Blass χείρονα δ'. Mihi aptius videtur χείρονα γ', ita, ut sit sententia: „Si viliores quidem ministros haberent, res minus esset mira atque indigna; nunc vero adhuc omnino nullos conduxerunt.“ — περὶ τοῦ πλείονος ἀντιλέγοντες] De horum verborum explicatione v. supra p. 10. Ἀντιλέγειν περὶ τινος non reperitur nisi in veris orationibus 18, 162; 19, 57; 20, 99; 22, 28; 27, 15; ἂ. ὑπὲρ τινος legitur (10), 6; ἂ. τι § 20 (τὰ δίκαια ἀντιλέγειν); 8, 9. 20; (33), 36; (50), 30; prooem. XLV, 4; epist. III, 7; ἂ. πρὸς τι 18, 254; 41, 23; ἂ. τινί 18, 49; 19, 157; 20, 61; 23, 196; (7), 33; (26), 4; (47), 29; prooem. XXXIV, 1; absolute positum est ἂ. 8, 31; 16, 11; 18, 222; 19, 24. 45. 185; 22, 41; (44), 25; (50), 50; prooem. V, 3; X, 2; XXVI, 2; L, 1; denique passivum ἀντιλέγεσθαι invenitur (33), 19; (34), 5; (53), 25; (56), 14. 15. 16. — οὐδ' ὅποιαντινὸν πῶς μεμίσθωνται] Cf. 8, 20 τοὺς στρατιώτας . . . τοὺς ὁποιοῦσιν αἰσοῦν. Alibi pronomen ὅποιαντινὸν, „qualiscunque“, apud Demosthenem non exstat, sed cf. Lys. 13, 11 εἰρήνην . . . ὅποιαντινὸν ποιήσασθαι. Xenoph. Cyr. 2, 4, 10. — καίτοι πῶς εἰσι δίκαιοι ταῦτα μὲν ὕστερον ἔξω αἰληροῦν, νῦν δέ . . . λαβεῖν;] Sententia est: „Nonne iniustissimum esset, si istis concederetur ea, quae ad navem ornandam desunt, postea supplere, nunc vero, quasi primi navem instruxissent, de corona certare?“. Habemus iterum argumentum e contrario, quod saepissime introducit particula καίτοι, cf. § 7 καίτοι πῶς οὐκ ὅδικον, τῶν μὲν . . . τῶν δέ. § 9. 21. Plura exempla collegit G. Gebauer, de hypotacticis etc., p. 86 sq. De locutione δίκαιον εἶναι cum

⁹⁸⁾ In maioribus navibus κυβερνήτης non ipse gubernaculum regebat, sed nautae cuidam mandabat. Cf. Aristoph. Equit. 541 sq. A. Cartault, la trière Athénienne, Lutet. Paris. 1881, p. 226 sq. ⁹⁹⁾ Cf. A. Cartault, l. l., p. 230. ¹⁰⁰⁾ Cf. A. Cartault, l. l., p. 162 sq. 233 sq. ¹⁰¹⁾ Dem. (50), 25 διὰ γὰρ ἐκείνον πεντηκόνταρχος (sc. Εὐκλήμωνος) καὶ ἡγοράζετο καὶ ἀνέλλασκετο. A. Boeckh (l. l., III², p. 120—121) tres πεντηκόνταρχους fuisse statuit eorumque quinquagenis remigibus singulos praefuisse. ¹⁰²⁾ (Xenoph.) de rep. Ath. I, 2 καὶ οἱ κυβερνήται καὶ οἱ κελυσταὶ καὶ οἱ πεντηκόνταρχοι καὶ οἱ προωράται καὶ οἱ ναπηγχοί, οὗτοί εἰσιν οἱ τὴν δύναν μιν περιετέλλεντες τῇ πόλει. Ναπηγχοί nominabantur etiam navium aedificatores, v. A. Cartault, l. l., p. 17 sq. ¹⁰³⁾ A. Cartault, l. l., p. 166 sq. 230 sq.

sequenti infinitivo apud Demosthenem frequentissima, quae modo, ut hic, „ius habere“, modo „debere“, modo „dignum esse“ significat, fusius disputavit G. Huettner, l. l., p. 23 (pro 50, 6 lege 51, 6) et p. 41. Perrara est haec locutio in falsis orationibus. *Ἐξαπαληροῦν*, „supplere“, apud Demosthenem *ἔπαξ εἰρημένον* est; alibi quoque hoc verbum rarissime invenitur, cf. Theophr. hist. plant. 3, 17, 1, ubi de cortice arborum succrescente dictum est. Quae cum ita sint, lectio *ἔξ ἀνάγκης πληροῦν*, quam exhibet A^b, non prorsus videtur contemnenda. *Ἀναπληροῦσθαι* invenitur 27, 13 *ὥς ἀναπληρώσαιο τὴν προῖκα*.

§ 7. *Ἡγοῦμαι τοίνυν, ὅτι μὲν . . . καὶ μηδὲν εἰπόντος ἐμοῦ γιγνώσκειν ὑμᾶς ὅτι δέ]* K^{an} scripsit F. Blass pro *καί*, quod est in libris; sed *καί* exhibent libri etiam 37, 18 *ἀλλὰ μὴν ὅτι . . . οἶμαι μὲν ὑμᾶς καὶ μηδὲν εἰπόντος ἐμοῦ γιγνώσκειν*, qui locus paene verbum e verbo cum hoc congruit. Cf. praeterea 18, 129 *καὶ ἐγὼ μὴ λέγω*. 20, 75 *ὥς μὲν οὖν ὥς καὶ ἄνευ τοῦ παρ' ἐμοῦ λόγου*. 45, 27 *ὅτι δ' ὅτε καὶ ἐγὼ μὴ λέγω*. 38, 9 *ὅτι μὲν οὖν . . . πάντας ἡγοῦμαι ὑμᾶς μεμαθημέναι*. 5, 8; (58), 34; prooem. XI; Aeschin. 1, 85. Transitus, qui efficitur verbis *ἡγοῦμαι τοίνυν*, praeterea legitur 14, 35; 18, 110; 21, 102; 36, 54; 55, 8 (*ἐγὼ τοίνυν . . . ἡγοῦμαι*); semel in dubia oratione (25), 69. Insolentior est hoc loco collocatio enuntiatorum; expectaveris potius *ὅτι . . . ἡγοῦμαι γιγνώσκειν ὑμᾶς* vel *ἡγοῦμαι . . . γιγνώσκειν ὑμᾶς, ὅτι*, ut 24, 66. 91; 38, 9. 21; 45, 43; (32), 24; (58), 34. — *δικαιοῦνται ἂν στεφανώσονται ἐμεῖ*] Cf. locos similes 21, 192 *δικαιοῦνται ἂν ταύτην ἔχει τὴν αἰτίαν*. 37, 49 *μισσηθείης ἂν δικαιοῦνται ἄνθρωποι*. — *ὅτι δ' οὐ μέτεστι μόνους τοῖς περὶ τοῦ στεφάνου λόγος*] Pro *ὅτι δ' οὐ μέτεστι . . . λόγος* scribendum puto *ὅτι δ' οὐδ' ἔνεστι . . . λόγος*, quia *μετεῖναι* cum genetivo rei, non cum nominativo iungi solet, cf. § 7 *τῶν . . . τιμῶν ἀξιοῦν ἑαυτοῖς μετεῖναι*. 2, 16; 9, 32; 18, 125. 206. 316; 19, 313; 20, 141; 21, 67. 112. 159. 188. 205; 23, 40. 65; 24, 49; 39, 31; (40), 58; prooem. XXIV, 1; LVII, 1. 23. 55. Nominativus tum tantum cum verbo *μετεῖναι* iungitur, cum res, cuius quis particeps est, ipsa quoque partem significat, velut *μέρος* (11), 11 (*τοῖς δὲ καὶ τῶν . . . κακῶν οὐκ ἐλάχιστον μέρος μέτεστιν*); *ἡμῖν* 20, 8; *ἴσον* 23, 86; 24, 59. Locutio *λόγος οὐκ ἔνεστι (ἔστι) τινι* vel *εἰπεῖν οὐκ ἔνεστι (ἔστι) τινι περὶ τινος*, „non licet sive non ius est dicere alicui de aliqua re“, satis multis locis reperitur, praecipue in veris orationibus, cf. 21, 41 *οὐκ ἔνεσται αὐτῷ λόγος οὐδ' εἰς*. 23, 101 *τούτῳ τοίνυν οὐδ' οὗτος ἔνεσται πρὸς ὑμᾶς ὁ λόγος*. 20, 124; 21, 38. 95; 54, 33. 41; (25), 17; (56), 30. Haud raro, ut nostro loco additur dativus *μόνῳ* (*μόνοις*), cf. 36, 43 *περὶ τῆς γένεστος, ὥς . . . μόνῳ τῶν ὄντων ἀνθρώπων σοὶ τοῦτον οὐκ ἔνεστι εἰπεῖν τὸν λόγον*. 16, 11 *μόνοις οὐδ' εἰπεῖν ἐξείναι νομίζω τοῖς πείσασιν ὑμᾶς*. 6, 13; (50), 24. Cf. etiam infra § 13 *μόνοις ὑμῖν οὐδαμῶς ἔστιν . . . βαδίσαι*. — *τοῦτ' ἐπιδείξαι βούλομαι*] Eadem verba in eodem fere nexu sententiarum occurrunt 29, 10. 46; 38, 14; 54, 6; (46), 9. 12; (59), 16. 17. 49. — *πόθεν οὖν τοῦτο μάλιστ' ἔσται δῆλον; ἀφ' ὧν αὐτοὶ πεποιθήσων*] Similia leguntur § 8 *δεῖ . . . ὑμᾶς . . . σκοπεῖν τὸ δίκαιον . . ., ἔξ ὧν αὐτοὶ πρότερον πεποθήκατε*. 39, 7 *τῷ οὖν δῆλον ἔσται*; ibid. 8. 10; 22, 19; 55, 9; (52), 23; (56), 33 *πόθεν οὖν ἀκριβέστατ' ἂν μάθοιτε . . .; ἔξ ὧν αὐτοὶ οὕτω λέγονσιν*. (58), 42. — *σχεψάμενοι . . . ληγουργίαν*] Haec verba ita vertenda sunt: „Circumspectantes, quisnam pretio minimo trierarchiam suam suscipere vellet, liturgiam locaverunt.“ De more trierarchias locandi v. supra p. 4 et 11. Primum exemplum huius moris exstat ex anno Ol. 104, 1 = 363 a. Ch., quo Midiae frater Thrasylochus trierarchiam viginti minis locavit¹⁰⁴). — *τριηραρχεῖν ἔξ ἐλάχιστον*] De hoc usu praepositionis *ἐκ* cf. 19, 170 *ἐκ τῶν ἰδίων κλητροῦσθαι*. 27, 67 *ἐκ τῶν ἐμῶν ποιήσεται τὴν ἔκτεισιν*. L. Lutz, l. l., p. 56. — *καίτοι πῶς οὐκ ἄδικον . . . αετεῖναι*] Sententia horum verborum est: „Nonne iniustissimum est istos, quamvis sumptus trierarchiae fugerint, honorum, qui ex illis percipiuntur, partem sibi vindicare.“ De sumptibus trierarchiae v. supra p. 4, de argumento e contrario G. Gebauer, de hypotacticis etc., p. 219. Verbum *ἀφίστασθαι* *τινος*, „aliquid fugere, a se avertere“, eodem sensu quo hic usurpatum apud Demosthenem alibi non repperi, sed cf. Lys. 3, 22 *ἀφίστασθαι ὧν ἡ πόλις προσέταξεν*. Isoer. 4, 83 *πάντων καὶ κινδύνων ἀφίστασθαι*. Xenoph. Cyrop. 5, 5, 18. — *τῶν δὲ γιγνομένων δι' ἐκεῖνα τιμῶν ἀξιοῦν ἑαυτοῖς μετεῖναι*] Huius loci admodum similis est 21, 205 *τῆς . . . τῶν νόμων ἐπιχορηγίας ἀξίων ἐμοὶ μετεῖναι*. Pro *δι' ἐκεῖνα* A^b a prima manu exhibet . . . *ερεκεῖνα* vel potius *περὶ ἐκεῖνα* (testante E. Drerupio,

¹⁰⁴) Cf. Dem. 21, 80 *δίδωμι εἰκοσι μνᾶς τοῖς, ὅσον τὴν τριηραρχίαν ἦσαν μεμισθωκότες*. A. Schaefer, l. l., I¹, p. 260 sq. K. Zink, l. l., p. 42 sq.

l. 1., p. 587), unde conieceris *παρ' ἐκείνα*. Saepenumero enim *παρά* cum accusativo idem fere valet quod *διά*, cf. 3, 11 *παρά τὴν ὥρην* . . . ἐπὶ ἐξήται. 9, 2 *οὐ παρ' ἐν οὐδὲ δὴ* εἰς τοῦτο τὰ *πράγματα* ἀρῖται. 21, 96 *καὶ ταῦτα πέπονθεν παρά τὴν περίαν*. 19, 42; 20, 26. Cf. E. G. Weber, l. 1., p. 520 sq. L. Lutz, l. 1., p. 153. *Παρά* cum genetivo in simili structura verborum ac nostro loco legitur (61), 55 *τῶν παρὰ ταύτης* (sc. ἀρετῆς) *τιμῶν ἀπολαύειν*. — *τοῦ μὲν μὴ περιορῆσαι τὴν ναῦν τότε τὸν μεμισθωμένον αἰτιῶσθαι*] Τότε pertinet ad περιορῆσαι, „tum, cum trierarchi naves ad molem perducere iussi erant.“ Ex *αἰτιῶσθαι* genetivus infinitivi articulo iuncti ut hic pendet 15, 32 *τοῦ . . . πολλοῦς . . . ταύτην τὴν τάξιν αἰρεῖσθαι τῆς πολιτείας . . . ὑμᾶς ἂν τις ἔχοι . . . αἰτιῶσθαι*. — *τῶν δὲ καλῶς διακονημένων νῆν . . . χάριν ὑμᾶς ἔχειν*] Sententia est: „Eorum, quae bene inservierint ac ministraverint, ut vos nunc gratiam sibi habeatis, postulant.“ A. Schaefer (l. 1., III¹ append., p. 154) haec verba falso refert ad ea, quae adversarii inter expeditionem navalem bene gesserint („darum will der Sprecher es nicht gelten lassen, dass die Gegner sich auf die ausgezeichneten Dienste ihres Dreideckers berufen“); immo rectius ad industriam ac sedulitatem, quam in ornanda nave se ostendisse contendunt, referenda sunt; nam haec lis, ut A. Kirchhoff (l. 1., p. 79) recte vidit, non post expeditionem, sed potius ante eam acta est¹⁰⁵). Similibus verbis utitur Apollodorus in sua opera ac studio praedicandis, cf. (50), 2 *τὰ τε ἀναλώματα καὶ τὰς πράξεις, ὥς ἐν καιρῷ τε ἕκαστοι καὶ χρήσιμοι τῇ πόλει ἐδιακονήθησαν*. Eandem fere sententiam atque *καλῶς διακονεῖν* alibi saepe habet *καλῶς διοικεῖν*, cf. 22, 69. 74 (*μειννῆται τοῦτων ὥς καλῶς αὐτοῖς διοικημένων*); 24, 176. 202; 38, 8.

§ 8 *Δεῖ τοίνυν ὑμᾶς, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ μόνον ἐκ τούτων σκοπεῖν τὸ δίκαιον, ἀλλὰ καὶ* Eandem fere structuram enuntiatorum habes 20, 41 *οὐ τοίνυν, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ . . . μόνον δεῖ σκοπεῖν, . . . ἀλλὰ καὶ*. 24, 210 *δεῖ τοίνυν ὑμᾶς ἀκρίβως σκοπεῖν*. 16, 10 *δεῖ δὲ σκοπεῖν μὲν . . . ἀεὶ τὰ δίκαια*. Haud raro transitus efficitur verbis *δεῖ* (*χρὴ*) *τοίνυν* (*δέ*), cf. 4, 32; 16, 30; 19, 29; 20, 118; 23, 153; 36, 4 57; (35), 28; (42), 15; (59), 14. Plura exempla ex aliis oratoribus collegit H. Frohberger (G. Gebauer), l. 1., 12, p. 494 sq. — *ἐξ ὧν αὐτοὶ πρότερον πεποιήκατε*] Similia leguntur prooem. XXXIV, 1 *ἂν τοίνυν ταῦθ' ἄπερ πρότερον ποιήσητε*. — *ταῦτά τινων διαπραξαμένων τοῖς*] „cum homines quidam eadem machinati essent atque isti“, i. e. trierarchiam locavissent. Cf. § 9 *ταῦτά τοίνυν εἰδότες οὗτοι πεπραγμέν' αὐτοῖς καὶ ἐκείνοις*. 23, 162 *τοῖς λησταῖς . . . ταῦτά πράττων*. 24, 103 *κἄν . . . τι τῶν αὐτῶν τοῖς ἐπιτιμίαις ποιῇ*. 39, 14 *ἂν . . . τῶν αὐτῶν τι ποιῇν τοῖς ἐπιχειρή* 5, 18; epist. VI, 2. In spuris orationibus talia non repperi. — *ὅτε γὰρ τῇ ναυμαχίᾳ τῇ πρὸς Ἀλέξανδρον ἐνικήθητε*] Particulis *ὅτε γὰρ* exemplum ex praeterito tempore sumptum ut hic infertur 18, 44 136; 19, 163 319; 36, 32; 37, 18; 41, 17; (25), 56; (26), 11; (44), 53; (59), 27. Alexander Pheraeus ille, homo maximae crudelitatis atque libidinis, anno Ol 102, 4 = 369 a. Ch. patruo Polyphrone interfecto tyrannus Thessaliae factus regnum suum rapinis ac praedationibus terra marique prolatare studebat ac modo cum oppidis Thessaliae, modo cum Boeotis, modo cum Atheniensibus, modo cum rege Macedonum bella gerebat. Anno Ol. 104, 4 = 361 a. Ch., cum Thessaliae oppida et Athenienses foedus in eum icissent, Cycladas diripuit et in insulam Peparethum, prope sinum Pagasaeum sitam, mercennarios traiecit, quibuscum caput insulae obsedit. Athenienses, cum eorum multum interesset insulam foederatam servare, Peparethiis Leosthenem ducem cum classe auxilio miserunt. Qui postquam initio feliciter rem gessit, vigilantia Atheniensium remissa per insidias oppressus et clade gravissima ab Alexandro affectus est. Nam is non modo mercennarios suos inclusos liberavit et quinque naves Atheniensium, unam Peparethiorum cum sescentis captivis abduxit, sed etiam ad tantam impudentiam processit, ut statim post proelium Athenas navigaret et Piraeum portum opprimeret diriperetque, priusquam perterriti cives possent impedire. Hanc ob contumeliosam cladem Athenienses tanta ira incensi sunt, ut non solum Leosthenem ducem imperio abrogato capitis damnarent bonaque eius publicarent,

¹⁰⁵) Coronas navales ante classis profectionem addictas esse A. Kirchhoff conclusit ex titulo C. I. Att. II 809 (v. supra p. 2, not. 15), quo decernitur, ut naves usque ad decimum diem Munichionis mensis exornentur, coronae navales autem Thargelias, i. e. initio proximi mensis, proclamantur. Cum vero fieri non posset, ut classis ante id festum rediret, coronas navales ante profectionem eius addictas esse apparet. Quodsi coronae antea addicebantur, etiam lites, quae de addicendis eis oriebantur, ante, non post expeditionem navalem, diiudicatas esse veri simillimum est. Cf. etiam A. Mommsen, Feste der Stadt Athen, Lipsiae 1898, p. 482 not. 2. G. Schmitthener, l. 1., p. 10 not. 10.

sed etiam in eos trierarchos, qui in illa expeditione trierarchiam mercede locaverant, ut qui classem deseruissent ac patriam prodidissent, auctore Aristophonte *εἰσαγγελλίαν* instituerent¹⁰⁶). Quæritur, a quonam hæc *εἰσαγγελλία* iudicata sit. *Εἰσαγγελλίαι* præcipue in eos institui solebant, qui salutem publicam in periculum deducere videbantur, velut in homines rerum novarum cupidos, in patriæ proditores, in oratores pecunia corruptos¹⁰⁷), et aut ad populum aut ad senatum quingentorum deferebantur. Populus ubi *εἰσαγγελλίαν* accipiendam esse censuerat, aut iudicio heliastico iudicandam mandabat, id quod plerumque fiebat, aut ipse suo arbitrio iudicabat. Id in hac causa factum esse conclusit J. H. Lipsius (Att. Process I², p. 327, not. 363) ex verbis *ἐδικάζετε δ' ὑμεῖς* (§ 9 vs. 1), quæ ut ad populum referantur nexum sententiarum postulare. Quamobrem pro vulgata *παρεδωκότε εἰς τὸ δικαστήριον* (§ 8 vs. 8) legendum esse cum A^b *εἰς τὸ δεσμοστήριον*. Nam si legeretur *εἰς τὸ δικαστήριον*, statuendum esse *εἰσαγγελλίαν* ad populum latam, ab hoc autem præiudicio facto (*καταχειροτονήσαντες* κτλ. § 8 vs. 9) iudicio traditam esse. Mihi quoque probatur lectio *εἰς τὸ δεσμοστήριον*, sed verba *ἐδικάζετε δ' ὑμεῖς* non ad populum, sed ad senatum referenda puto. Nam quamquam ut in aliis orationibus, sic in hac is, qui causam orat, multis locis, ubi secunda persona pluralis utitur, non modo iudices, apud quos loquitur, sed totum populum intellegi vult (v. supra p. 5), tamen id hoc loco valde mirum est, id quod J. H. Lipsius ipse quoque concedit, cum dicit l. l.: „Denn so gewöhnlich es ist, dass der Redner den Bruchteil der Bürgerschaft, zu dem er redet, . . . als Repräsentanten der Gesamtheit behandelt, so auffällig ist diese Ausdrucksweise hier, wo der Zusatz *ἐδικάζετε ὑμεῖς*, wenn er den regelmässigen Gerichtsgang bezeichnen soll, ganz überflüssig war.“ Apparet enim eum, qui causam orat, accuratius significare velle, qua via ac ratione hæc *εἰσαγγελλία* acta sit; itaque primum nominat accusatorem „*καὶ κατηγορεῖ μὲν Ἀριστοφῶν*“, tum iudices *ἐδικάζετε δ' ὑμεῖς*, ubi *ὑμεῖς* mea quidem opinione ad neminem potest referri nisi ad eos, apud quos hæc oratio habita est, i. e. ad senatum quingentorum. Itaque hanc *εἰσαγγελλίαν* ab hoc ipso iudicatam esse puto, cum alias mos esset, ut senatus *εἰσαγγελλίας* præiudicio facto aut iudicio heliastico aut populo mandaret¹⁰⁸). Respice, quaeso, etiam verba, quæ statim sequuntur § 9 vs. 7 *καίτοι σκέψασθε, τίς ἂν ποτε δόξαιτε βεβουλεύσθαι τρόπον, εἰ διὰ τὴν αὐτὴν πρόφασιν τοὺς μὲν θανάτου ζοῖντας, τοὺς δὲ στεφανώσαντες φανεῖτε*, ubi verbum *βεβουλεύσθαι* consulto usurpatum videtur, quia causa apud senatum (*βουλὴν*) acta est. Quaerat quispiam, num senatus tum, cum hæc *εἰσαγγελλία* acta est, i. e. Ol. 104, 4 = 360 a. Ch., etiamtum ius habuerit lites capitales, qualis fuit hæc *εἰσαγγελλία*, sua sponte diiudicandi. Prioribus temporibus eum vitæ necisque potestatem habuisse testis est Aristoteles in libro de Atheniensium republica nuper reperto¹⁰⁹). Sed idem dicit hanc potestatem ei postea a populo ademptam esse ita, ut tantum multas usque ad quingentas drachmas irrogare posset¹¹⁰). Quod quando factum sit, non satis liquet. U. de Wilamowitz¹¹¹) putat intra annos Ol. 98, 3 = 386 a. Ch. et Ol. 107, 1 = 352 a. Ch.; nam illo anno in senatu iam rogationem latam esse, ut societas frumentariorum indicta causa undecimviris supplicio afficienda traderetur¹¹²). Quid? si hæc causa præbeat alium terminum, post quem illa deminutio potestatis senatus facta est? Quod hæc *εἰσαγγελλία* a senatu ipso iudicata est, id mihi inde explicandum videtur, quod scelus, de quo agitur, ad rem navalem pertinet, cuius curam senatum habuisse scimus (v. supra p. 2). Atque lex erat Athenis, ut si quis in eis, quæ ad navalia pertinerent, peccavisset, *εἰσαγγελλία* arcessi posset¹¹³). — *αἰτιωτάτους . . . νομιζόντες*] Et superlativus et comparativus adiectivi *αἴτιος* (cf. § 21 *οὐδένας ὑμῶν εἶναι αἰτιώτεροι*) non reperitur nisi in veris orationibus, ille 20, 42; 21, 18; 23, 152; 24, 135, hic 24, 5. — *καταχειροτονήσαντες προδεδωκέναι τὰς ναῦς*] Verbum *καταχειροτονεῖν*, quod ipsum quoque non legitur nisi in genuinis Demosthenis orationibus (19, 31; 21, 2. 175 bis. 176 bis. 178. 180. 193. 199.

¹⁰⁶) Cf. Diod. 15, 95; Polyæn. 6, 2, 1; Aeschin. 2, 124. A. Schaefer, l. l, I¹, p. 116 sq. ¹⁰⁷) Cf. Hyperid. pro Euxen. C. 22. Att. Process I², p. 316. ¹⁰⁸) Cf. Att. Process I², p. 136 et 321 sq. ¹⁰⁹) Aristot. de rep. Ath. 45, 1 ἡ δὲ βουλὴ πρότερον μὲν ἦν κνρία καὶ χρήμασιν ζημιῶσαι καὶ δῆσαι καὶ ἀπονείμναι. ¹¹⁰) Aristot. l. l., 45, 1 ὁ δὲ δῆμος ἀφείλετο τῆς βουλῆς τὸ θανατοῦν καὶ δύν κτλ. Dem. (47), 43 ἐπειδὴ ἐν τῷ διαχειροτονεῖν ἦν ἡ βουλὴ, πότῃρα δικαστήριον παραδοίῃ ἡ ζημιώσεως ταῖς πεντακοσσίαις, ὅσον ἦν κνρία κατὰ τὸν νόμον. Cf. Att. Process I², p. 136. ¹¹¹) Aristoteles u. Athen II, Berol. 1893, p. 196. Cf. etiam J. H. Lipsius, Berichte der sächs. Ges. d. Wiss., phil.-hist. Cl., 1891, p. 61 et G. Busolt, Griech. Gesch. III², p. 271. ¹¹²) Lys. 22, 2 ἐπειδὴ γὰρ οἱ πρῶταίς ἀπείδοσαν εἰς τὴν βουλὴν περὶ αὐτῶν, οὕτως ὡργίσθησαν αὐτοῖς, ὥστε ἔλεγον τινες τῶν ῥητόρων ὡς ἀκρίτους αὐτοὺς χρη τοῖς ἔνδεκα παραδοῦναι θανάτῳ ζημιῶσαι. ¹¹³) C. I. Att. II 811 Col. c, vs. 154 *ἐάν τις ἀδικεῖ περὶ τὰ ἐν τοῖς νεωρίοις*. Att. Process I², p. 319.

206. 217), hic intellegendum est de praeiudicio senatus, quo trierarchos, qui liturgiam locaverant, fontes atque per *εἰσαγγελίαν* in ius vocandos esse censuerat. — *λελοιπέναι τὴν τάξιν*] Hoc de trierarchis latiore sensu accipiendum est; nam *τάξιν* *λείπειν* proprie dicitur de militibus, qui ordines relinquunt vel omnino militiam detrectant. In hos *γραφὴν λιποταξίον* intendi poterat, de qua cf. Att. Process. I², p. 463.

§ 9. Καὶ κατηγορεῖ μὲν Ἀριστοφῶν, ἐδικάζετε δ' ὑμεῖς] Similiter dictum est 19, 214 *κατηγορεῖ δ' Ἀισχίνης οὐτοσί, Φίλιππος δ' ἦν ὁ κρίνων*. 8, 75 *εἶπε μὲν ταῦθ' ὁ Τιμόθεος, ἐποίησατε δ' ὑμεῖς*. 21, 179 *ταῦτ' ἔλεγεν μὲν ἐκεῖνος, ἐχειροτονήσατε δ' ὑμεῖς*. 23, 168. Aristophon Azeniensis, clarus orator et caudicus, plus quinquaginta annos inde a fine belli Peloponnesiaci usque ad medium fere saeculum quartum a. Ch. negotiis publicis operam dedit. Iam anno Ol. 94, 2 = 403/2 a. Ch. Euclide archonte legem tulit, ut quisquis non ex cive Attica natus esset, nothus haberetur¹¹⁴). Multis litibus implicitus est atque ipse gloriatur se septuagies quinquies per *γραφὴν παρανόμων* in ius vocatum esse¹¹⁵). Multas quoque lites ipse intendit, in quibus notissima est lis in duces Iphicratem Menestheum Timotheum post bellum sociale illata¹¹⁶). Plurimum valuit in re publica intra annos Ol. 104, 3 = 362 a. Ch. et Ol. 107, 1 = 352 a. Ch.; non multo post a negotiis publicis se removet et paene centum annos natus diem supremum obiit circa annum Ol. 110, 1 = 340 a. Ch.¹¹⁷). Demosthenes, quamquam in adversariis eius est et in causa Leptinea, cuius patrocinium Aristophon suscepit, eum impugnat, tamen fere semper cum observantia quadam et reverentia de eo dicit¹¹⁸). — *εἰ δὲ μὴ μετριοτέρων ἔσχετε τὴν ὀργὴν τῆς ἐκείνων ποικιλίας, οὐδὲν ἂν αὐτοὺς ἐκώλυνεν τεθνάναι*] Mirum in modum cum his verbis congruunt, quae scribit Demosthenes 23, 130 *καὶ εἰ μὴ μετριοτέρων ὑμεῖς ἔσχετε τὴν ὀργὴν τῆς ἐκείνων προπετείας, οὐδὲν ἂν αὐτὸν ἐκώλυνεν ἀνθρώπων ἀπάντων ἀθλιώτατον εἶναι*. Cf. etiam 21, 70 *εἰ τοίνυν τις . . . ἄλλως πως ἔχει τὴν ὀργὴν . . . ἢ ὡς δέον αὐτὸν τεθνάναι*. Ὀργὴν ἔχει praeterea legitur 18, 99; 21, 108. 127; 54, 42; (10), 45; (25), 27. Simili modo atque hic fit ad priores lites capitales, in quibus populus graviter consuluerit, argumentandi causa provocat Demosthenes 19, 276–277; 21, 175 *βοῦλομαι τοίνυν . . . ὅσων ἤδη καταχειροτονήσαντος τοῦ δήμου . . . ὑμεῖς κατεργάσασθε, εἰπεῖν καὶ δεῖξαι, τί πεποιηκότες αὐτῶν ἔνιοι τίνος ὀργῆς τετυγμένας παρ' ἑμῶν, ἢν αὐτὰ πρὸς τὰ τοῦτω πεπραγμένα ἀντιθῆτε*. — *ταῦτά τοίνυν εἰδότες οὗτοι πεπραγμέν' αὐτοῖς καὶ ἐκείνοις οὐκ ἰσχύουσιν ἐν ὑμῖν ὑπὲρ ὧν προσήκει παθεῖν αὐτούς*] Sententia horum verborum est: „Quamquam sciunt se eodem peccavisse atque illos, tamen non supplicia horrent, quibus iustum est eos a vobis affici.“ Cf. locum similem 19, 199 *καὶ τοιαῦτα συνειδὼς αὐτῶ πεπραγμένα . . . τολμήσει βλέπειν εἰς ὑμᾶς*. Cur F. Blass hoc loco in editione sua participium *πεπραγμένα* uncis incluserit, § 210 autem, ubi eadem fere verba occurrunt (*οἱ ταῦτα μὲν αὐτῶ συνήδει πεπραγμένα*) servaverit, non intellego. Verbum *φρίττω*, „horreo“, in prosa oratione satis rarum, Demosthenis genuini proprium est; legitur praeterea 21, 135 (*ὅ τις οὐκ ἂν ἔφριζε ποῖσαι*); 18, 323 (*πεφρικὸς ἀκούω*); frequentius invenitur apud poetas, cf. Hom. Il. 11, 383; Aeschyl. Sept. 472; Pind. Ol. 7, 38 — *ὑπὲρ ὧν προσήκει παθεῖν αὐτούς*] Similia leguntur 19, 221 *τί τοῦτους προσήκει παθεῖν*; 24, 173 *ἀγαναξίων . . . ὑπὲρ ὧν ἡ πόλις πάσχει* — *δημηγοροῦσι καὶ ἄλλων*] Cf. § 17 *τολμῶσι δημηγορεῖν*. § 20 *διὰ μὲν τὰς τοῦτων δημηγορίας*. 19, 9 *κατὰ τοῦ Φιλίππου δημηγορεῖν ὥστε δεῖν*. Verbum *δημηγορεῖν*, „contionari“, satis frequenter in veris orationibus et prooemiis, bis tantum in dubiis orationibus (25), 42; (26), 6 reperitur. — *στεφανοῦν κελεύουσιν ἑαυτοῖς*] Eadem locutio identidem in hac oratione redit, cf. § 16 *κελεύουσιν τινες τοῦτους στεφανῶσαι*. § 17 *τοῦτους στεφανῶσαι κελεύουσιν*. § 22 *καὶ στεφανοῦν . . . καὶ μὴ στεφανοῦν κελεύουσιν*. — *καίτοι σκέψασθε*] Isdem verbis transitus efficitur 3, 23 = (13), 26; (13), 21. De argumento e contrario, quod his verbis introducitur (*εἰ διὰ τὴν αὐτὴν πρόφασιν τοὺς μὲν θανάσιον κρίναντες, τοὺς δὲ στεφανώσαντες φανεῖτε*), cf. G. Gebauer, de hypotacticis etc., p. 87. Simile argumentum e contrario habes 23, 168

¹¹⁴) Caryl. fr. 11 apud Athen. XIII p. 577^b *ὅς ἂν μὴ ἐξ ἀστῆς γένηται, νόθον εἶναι*. A. Schaefer, l. l., I, p. 123. ¹¹⁵) Aeschin. 3, 194 *ἐτόλμα δ' ἐν ὑμῖν ποτε σεμνύνεσθαι Ἀριστοφῶν ἐκεῖνος ὁ Ἀθηναῖος λέγων, ὅτι γραφὰς παρανόμων πέφηνεν ἐβδομήκοντα καὶ πέντε*. ¹¹⁶) Diod. 16, 21. A. Schaefer, l. l., I, p. 153.

¹¹⁷) Schol. ad Aeschin. 1, 64 *ἐπεβίωσε μὲντοι ὁ Ἀριστοφῶν ὃ ἔτη παρὰ μῆνα*. ¹¹⁸) A. Schaefer, l. l., I, p. 164. Cf. etiam J. Beloch, l. l., p. 168, qui Aristophonti multo minorem in re publica gratiam et auctoritatem tribuit quam A. Schaefer. J. Belochium sequitur J. Miller apud Pauly-Wissowa, Realencyclopädie des klass. Altertums, II², Stuttgardiae 1896, s. v. Aristophon No. 2.

καίτοι πληλὴν τινὰ χορὴν νομίζεν . . . τὴν ἀλογίαν, ὅταν τις ἴδῃ διὰ τὰς αὐτὰς πράξεις τὸν μὲν . . . κολασθέντα . . ., τὸν δὲ . . . τιμώμενον; — τίν' ἂν ποτε δόξαιτε βεβουλευσθαι τὸν τρόπον] Similia leguntur 23, 115 δὲν ὑμᾶς οἶμαι τοῦτον τὸν τρόπον βεβουλευσθαι. 8, 76 ἢ . . . εὐ βεβουλευσθαι δοκῶσιν. Τίνα τρόπον in recta interrogatione reperitur 19, 167; 24, 93; 39, 7 8; 57, 56; (44), 64; in indirecta 3, 3; 23, 11; 36, 18; (17), 29. — διὰ τὴν αὐτὴν πρόφασιν] „ob eandem causam“, quocum compares διὰ μηδεμίαν πρόφασιν 14, 33; 23, 97; δι' ἣν ἕκαστος τύχοι πρόφασιν 18, 236; πρόφασιν, δι' ἣν 20, 140; 24, 195; 30, 13; (25), 17. — θανάτου χορὴντες] „capitis in ius vocantes“. Ex his verbis videtur concludi posse reos absolutos esse. Nam si poena affecti essent, actor non θανάτου χορὴντες dixisset, sed poenam, sive mortem sive multam, accuratius significasset. Vide A. Kirchhoff, l. 1, p. 103 not 57 et supra p. 11. Κρίνειν (περὶ) θανάτου non legitur nisi in veris orationibus 4, 47; 21, 64; 54, 1.

§ 10 Καὶ μὴν . . . εἰ] Transitus, qui fit his tribus particulis non invenitur nisi in genuinis orationibus 2, 9; 9, 10; 16, 13; 18, 14. 23. 317; 21, 172 206; 22, 55. 7.; 23, 58. 137; 24, 167. 179. 208. 211; 54, 25. — οὐ μόνον εἰ τοῦτο ποιήσατε, δοκοῦν' ἂν ἀμαρτεῖν] Sententia est: „Non modo, si id faciatis, sed si adversarios meos coronetis, perverse, ut opinor, agatis“. Cf. (25), 6 δοκεῖ μοί τις οὐκ ἂν ἀμαρτεῖν. epist. III, 37 ἀμαρτεῖν δοκοῦν. — ἀλλ' εἰ μὴ καὶ κολάσαιτε τοὺς τὰ τοιαῦτα ποιοῦντας ἔχοντες] „sed etiam si eos, qui talia faciunt, i. e. qui trierarchias locant, non puniatis, cum in vestra potestate habeatis“. Κολάζειν sive ζημοῦν τοὺς τὰ τοιαῦτα (ταῦτα) ποιοῦντας praeterea legitur in veris orationibus 18, 152; 19, 265. 272. Saepenumero iudices ut hic monentur, ne reos, quos in manibus suis habeant criminis convictos, impune dimittant. Cf. 19, 71. 132. 281; 24, 175 (μεμνημένους ὧν ἂν ἕκαστος ἀμάσῃ, κολάζειν, ὅταν λάβῃτε τινὰ); 45, 70 (τοῦτον . . . ἐπ' αὐτοσώρῳ λαβόντες οὐ τιμωρήσασθε); (25), 27. 53; (59), 109 (ἐπειδὴ δὲ . . . ἔχετε ἐφ' ὑμῖν αὐτοῖς καὶ κύριοι ἐστε κολάσαι, ὑμέτερον ἤδη τὸ ἀέβημα γίγνεται . . ., ἐὰν μὴ ταύτην κολάσητε). Verbum ἔχειν, „in manu, in potestate habere“ simili sensu atque hic usurpatum est 21, 81 λαβὼν δ' ἐπεσφύμερον καὶ ἔχων, ibid. 116 τὸ πρῶμα . . . καὶ τὸν αὐτόχειρ ἔχοντες. — οὐ γὰρ ἐπειδὴν . . . τότε χορὴν χαλεπαίνειν, ἀλλὰ] Simillime dictum est 36, 9 οὐ γὰρ νῦν, ἀλλὰ τότε εὐθὺς ἔδει χαλεπαίνοντα φαίνεσθαι. Qui locus favet lectioni δεῖ χαλεπαίνειν, quam proposuit loco nostro G. Baiter (Orator. Att. ad h. l.) pro δὴ χαλεπαίνειν, quod exhibet Parisinus Σ. Cf. etiam 57, 3 οἶμαι δεῖν . . . ὑμᾶς χαλεπαίνειν. 37, 20 ἄξιον τοῦτοῖς χαλεπαίνειν. In falsis orationibus talia non inveni — ἐπειδὴν ἐλάττει τι τῶν ἐμετέρων ἀπολέσθαι] „cum aliquid eorum, quae vestra sunt, negligentia ac socordia amisistis“. Τῶν ἐμετέρων τι praeterea legitur prooem. LIII, 2. 3. — καθορᾶτε δὲ τοὺς ἐφ' ἐστὶνχορίας δι' ἀσχοροζέδειαν οὐκ ἔχοντες] Sententia horum verborum est: „Cum eos, qui rei publicae praesunt, non eam quam par est curam in servanda bona publica (περὶ σωτηρίας αὐτῶν, sc. τῶν ἐμετέρων) impendentes videtis“. Οἱ ἐφ' ἐστὶνχορίες, sc. τῇ πόλει, praeterea occurrunt 2, 29; 19, 298; prooem. XXIV, 1; XLI, 2. 3. Intellegendi sunt rei publicae rectores et oratores, qui plurimum in civitate valent quosque Demosthenes in orationibus suis saepissime castigat; cf. locum huiusce admodum similem 18, 295 τῆς ἰδίας ἐνεκ' ἀσχοροζέδειας τὰ κοινῇ συμφέροντα προίεντο. δι' ἀσχοροζέδειαν reddit § 11; 19, 28; 29, 48; 45, 2 (ubi vide G. Hüttner, l. 1, p. 10); ἀσχοροζέδειαν duodecies in veris, semel (59), 64 in falsis orationibus legitur. Ex locutione πρόνοιαν ποιῆσθαι pendet ut hic περὶ cum genetivo (50), 64 66; (59), 80. 88; ἐπὶ cum genetivo (59), 92; genetivus 9, 20; 21, 97; 22, 30; 23, 7; 28, 24; (12), 14; (47), 80; prooem. XVI; ὅπως (33), 28; (49), 65; absolute dictum est (59), 77. Alibi legitur πρόνοιαν ἔχειν, cf. 9, 2 (περὶ τινός); 20, 88 et 23, 62 (ὅπως); prooem. XXII, 1 (τινός); πρόνοιαν δίδοναι 18, 220 (τινός). Cf. etiam L. Lutz, l. 1, p. 131. — καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἐπιτιμήσῃ τῷ λόγῳ] Haec est figura praemunitio (προδιόρθωσις), quam Aquila Romanus p. 23 (Rhetor. lat. min., ed. C. Halm, Lipsiae 1863) ita definit: „Haec figura, ubi aliquid necessarium dictum, sed insuave audientibus aut odiosum nobis dicturi sumus, praemunit.“ De variis generibus huius figurae apud oratores frequentissimae fusius disputavit H. Frohberger (G. Gebauer), l. 1, p. 258 sq. Apud Demosthenem haec exempla inveniuntur: 3, 3 ἄξιόν δ' ὑμᾶς, ἂν μετὰ παρορησίας ποιῶμαι τοὺς λόγους, ἐπιτιμῶν τοῦτο 5, 15 καὶ μοι μὴ θορυβήσῃ μηδεὶς πρὶν ἀκοῦσαι. 8, 32 καὶ μοι πρὸς θεῶν, ὅταν εἴρεκα τοῦ βελτίστου λέγω, ἔστιν παρορησία. 9, 3 ἄξιόν δ', ὃ ἂν. Αἰ, ἂν τι τῶν ἀλλοθῶν μετὰ παρορησίας λέγω, μηδεμίαν μοι διὰ τοῦτο παρ' ὑμῶν ὀργὴν γενέσθαι. 18, 3 οὐ βούλομαι δυσχερὲς εἰπεῖν ἀρχόμενος τοῦ λόγου, ibid. 10 ἴνα μηδὲν ἐπαχθὲς λέγω, ibid. 199 καὶ μόνον πρὸς Διὸς καὶ θεῶν μηδεὶς τὴν ὑπερβολὴν θαναμάσῃ, ibid. 256 καὶ μόνον πρὸς Διὸς μηδεμίαν ψυχρότητα

καταγνώμῃ μηδεὶς. 19, 227 ἀξιώ δὲ μηδὲν ἀχθεσθῆναι μοι λέγοντι τάλῃθῃ. 20, 74 καὶ πρὸς Διός, ἃ 249., μηδεὶς ἠθόρῳ τὸ μέλλον ἀκούσῃ, ἀλλὰ τάλῃθῃς σκοπέτω, ibid 102 καὶ μοι μηδὲν ὀργισθῆς· οὐδὲν γὰρ γλαυρὸν ἔρω. 23, 144 καὶ μου μηδ' εἰς ἀχθεσθῆναι τῇ ἐπιοσχέσει. 24, 132 ἀηδὲς μὲν οὖν ἴσως ἐστίν . . . μεμνησθαι, ἀναγκαῖον δέ. 45, 83 ἐγὼ δ', ὡς ἃ 249. . . πορρωτησάμενος καὶ δεηθεὶς ὑμῶν συγγνώμην ἔχειν, εἰ προσελλυθὼς εἰς τοῦτο . . . οὐ δύναμαι κατασχεῖν. 57, 35 μηδεὶς δ' ὑμῶν, ὡς ἃ 249., δυσχερῶς ἐπολάβῃ, ibid 50 καὶ μοι πρὸς Διός καὶ θεῶν μηδεὶς ἐπολάβῃ δυσκόλως (10), 6 δεῖ γὰρ, ὡς ἐγὼ κρίνω, λέγειν τάλῃθῃ, ibid 54 δεηθεὶς ὑμῶν, ἂν λέγω τάλῃθῃ μετὰ πορρωτάτης, μηδὲν ἀχθεσθῆναι. 13, 3 καὶ μοι μὴ θορυβήσῃτ' ἐφ' ὃ μέλλω λέγειν, ἀλλ' ἀκούσαντες κρίνατε, ibid 14 ὅπως δὲ μὴ θορυβήσῃ μοι μηδεὶς, πρὶν ἂν πάντ' εἰπω (48), 52 ἀνιδύμαι μὲν οὖν καὶ αἰσχρόν μοι, ὡς ἃ δ., οἷς μέλλω λέγειν πρὸς ὑμᾶς, ἐξ ἀνάγκης δέ μοι ἐστὶν εἰπεῖν. Vides multo rariorem esse hanc figuram in falsis quam in veris orationibus. Praemunitio quaedam etiam inest in formulis illis frequentissimis, quibus oratores se breviter dicturos esse promittunt, ne iudicium taedium moveant. Cf. C. Rehdantz, Indices 12, s. v. Prodiorthosis. Liceat mihi ex Demosthenis orationibus has brevitatis formulas, quae sunt satis variae, hic ante oculos proponere: ὡς ἂν δύναμαι (οἷός τ' ὦ) διὰ βραχυτάτων εἰπεῖν περὶ αὐτοῦ sim 36, 3; 37, 3; 45, 2; 54, 2; (40), 5 (ἐν βραχυτάτοις); (43), 18; prooem. IV; VI, 2; XVII; ἔσται δὲ βραχὺς ὁ λόγος sim. 3, 23; 21, 77; 23, 21. 153; (34), 3; (48), 4; (56), 45; prooem. XXXVI, 2; ἵνα μὴ λέγων διατριβῶ (ἐνοχλῶ) sim 1, 9; 14, 41; 23, 102; (11), 23; (42), 7; ἵνα τὰ ἐν μέσῳ συντέμω (παρὰλείπω) sim. 18, 215; 24, 14; 39, 4; 45, 5; (44), 34; τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν (μακρολογεῖν, πράγματα παρέχειν) sim. 9, 59; 18, 152; 37, 12; (32), 17; (40), 11; (42), 12; (43), 20; (48), 7; prooem. XXXVI, 2; βούλομαι μικρὰ εἰπεῖν (διὰ βραχέων διεξελθεῖν) sim. 6, 6; 18, 95; 19, 315; 23, 64 144. 215; 24, 17; (25), 8; (43), 73; (44), 60; prooem. XXXV, 1; XLVII, 1; ἐν κεφαλῇ (κεφάλαιον) εἰπεῖν sim 2, 31; 8, 76; 23, 63; 24, 5 194; (32), 13; (40), 35; (60), 6; epist. III, 27; ἀναγκαῖον ἐπολαμβάνω μικρὰ ἐπομνησθαι (βραχέα διεξελθεῖν) sim. 3, 4; 18, 9 34; (34), 5; (44), 6; βραχέος λόγον συμβαίνει δεῖσθαι (οὐ γὰρ δεῖ πλείον λέγειν) sim. 2, 5; (10), 3; (43), 21; (44), 16; (56), 37; prooem. XLVII, 1; μικρὰ (βραχέα) ἀκούσατε sim. 15, 11; 18, 168; 19, 192; 36, 36; 45, 27; βέλτιόν ἐστι μικρὰ προειπεῖν (ὑμᾶς ἀκούσαι) sim. 39, 27; 45, 44; (40), 21; παρὰλείπω πολλὰ sim 18, 313; 21, 126. 131; (12), 10; (40), 38; (60), 9. 16; epist. II, 15; μικρὰ εἰπὼν καταβήσομαι sim 8, 76; 21, 184; 23, 215; prooem. VII, 2; XXII, 3; λόγον . . . ἐβουλόμην οὐδ' ἔχοντα μάταιον μῆκος εἰρεῖν sim. 14, 14; (60), 6; (61), 27. Praeterea formulae brevitatis leguntur 4, 7; 5, 4; 9, 26; 15, 22; 18, 50. 196. 229; 24, 10; (11), 16; (50), 2; (53), 3; (60), 37; prooem. IV; V, 3; XVIII; XIX; XXXVII, 1; LIII, 3; epist. I, 3. Cf. etiam G. Gebauer, de praeteritionis formis ap. orat. Atticos, Lips. 1874. — μικρὸν εἶναι νομίσας (sc. τὸν λόγον) . . . διὰ γὰρ τοῦτον τοιοῦτός ἐστι Similia leguntur 14, 33 ἔστι μὲν χαλεπὸς πρὸς ὑμᾶς ὁ περὶ τούτων λόγος· διὰ γὰρ τὸ μισεῖν κτλ. 1, 26 μὴ λίαν μικρὸν εἰπεῖν. 21, 186. — τῷ λόγῳ . . . ἀλλὰ τοῖς τὸ ἔργον αὐτὸ πεποιηκόσι] Saepissime notiones dicendi et faciendi inter se opponuntur, cf. § 12 τὸν μὲν εἰπόντα . . . , τοὺς δὲ μὴ λόγον, ἀλλ' ἔργον παρὰνομον πεποιηκότας, cuius loci simillimi sunt 21, 183 ἂν μὲν εἴπῃ τις παρὰνομα . . . ἔάν δὲ ποιῇ, μὴ λέγῃ. 22, 24 οὐ μόνον εἰρηχότ' αὐτὸν παρὰνομα, ἀλλὰ καὶ βεβιωκότα. 21, 79 ὁ δ' οὖν δεινότατος καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον ἦδη 19, 211 ὁ τοίνυν μέγιστος πάντων, καὶ οὐ λόγος, ἀλλ' ἔργον. Praeterea λόγος et ἔργον inter se opponuntur 2, 12; 6, 3. 11; 8, 22; 14, 26; 18, 89. 101. 160. 305; 19, 275; 21, 192; 20, 25; 41, 20; 55, 6. 14; (10), 3; (11), 1. 23; (25), 42. 88; (26), 21; (44), 32 (ἔχει λόγον, καίπερ ὄντος παρὰνομον τοῦ ἔργου); (46), 9; (47), 10 31; (49), 27; (50), 45; (53), 9; (59), 1. 109. Λόγος et πράγμα opposita sunt 3, 1; 4, 38; 18, 122; 31, 11; prooem. I, 3; IX, 1; XXV, 1; XXXIII, 1; λέγειν et ποιεῖν § 16 ἔξουσιν ποιεῖν . . . καὶ λέγειν. 3, 32; 18, 240; 20, 104; 24, 154; (25), 49; (32), 28; λέγειν et πράττειν 18, 57. 59. 240; 20, 51; (26), 8; (58), 12; epist. III, 4; ὄνομα et ἔργον (πράγμα) 9, 8 15; (40), 1. 18; πράξις et λόγος 6, 4; 18, 59. § 11. Τῶν μὲν ναυτῶν τοὺς ἀπολειπομένους . . . δοῦσι καὶ κολάζουσιν οὗτοι] Οὗτοι, sc. adversarii actoris. Saepae accidit, ut nautae publice conscripti navem, dum etiamtunt in portu erat, commeatu non sumpto ultro relinquerent et mercedem in antecessum acceptam in terra profunderent. Trierarchos potestatem habuisse tales desertores, cum comprehensi erant, puniendi et in vincula coniciendi, ex hoc loco apparet; cf. etiam (50), 16 οἱ δ' ἐμοὶ ναῦται . . . ἀπῆσαν, ἡγοῦμενοι τὴν ἐν τῷ παρόντι εὐπορίαν κρείττω εἶναι αὐτοῖς τοῦ μέλλοντος φόβον, εἰ ποτε ληφθῆσαν ὑπ' ἐμοῦ. V. A. Kirchhoff, l. l., p. 83 sq. et supra p. 4. Saepae autem trierarchi, si desertores comprehendere

non potuerant, novos nautas suo sumptu conducere cogeantur, de qua re maxime queritur Apollodorus in oratione adversus Polyclem (50), 11 ἀπόλειψίς τε γὰρ πλείστη γίγνεται... ὥστε πολυτελεστέραν μοι γενέσθαι τὴν τριηραρχίαν, ibid. 12 καὶ ἀντὶ τῶν ἀπολειπόντων μὲν ναυτῶν ἑτέρους ἐμισθωσάμην ναύτας, δωρεῖās καὶ προδόσεις αὐτοῖς δοὺς μεγάλας. — τῶν δὲ τριηραρχῶν τοὺς μὴ συμπλέοντας... οὐ ταῦτα ποιεῖθ' ὑμεῖς] Similiter dictum est 23, 109 ὑμεῖς δ' ὄντες Ἀθηναῖοι ταῦτό τοῦτ' οὐχὶ ποιήσετε; Συμπλεῖν praeterea legitur 4, 28; (32), 16; (35), 19; (34), 26; (50), 36. — ὧν τριάκοντα μνᾶς εἰς ἐπίπλουν εἰληφεν ἕκαστος] De mercede nautarum et de sumptibus trierarchiae v. supra p. 4. Εἰς ἐπίπλουν A. Kirchhoff (l. l., p. 91 not. 45) explicat: „zur Anfahrt“; trierarchos, ait, initio expeditionis ex aerario triginta minas accepisse, quibus res maxime necessarias compararent et nautis summam pecuniae in antecessum solverent¹¹⁹⁾. Sed cum ἐπίπλους alibi semper idem fere sit quod „successus, incursio, impetus“¹²⁰⁾, nescio an J. Reiskii coniectura (Appar. crit. ad Dem., Londini 1773, p. 1231, 31) „εἰς ἐκπλουν, zur Ausfahrt“ recipienda sit; cf. (50), 8 τῶν χρημάτων ὧν εἰς τὸν ἐκπλουν ἐψηφίσασθε, ibid. § 6 τῶν ναυκλήρων περὶ ἐκπλουν ὄντων, ibid. § 19 ἕως ὃ ἐκπλους τῶν πλοίων... ἐγένετο. (49), 6 μέλλων ἐκπλεῖν τὸν ὑστερον ἐκπλουν, huius or. § 13 ἐπειδὴν γὰρ τις μισθωσάμενος τριηραρχίαν ἐκπλέσῃ. — ἐὰν μὲν πένης ὧν τις... ἐὰν δὲ πλούσιος] Saepissime oratores homines pauperes et divites inter se opposcentes queruntur illos, si propter paupertatem quid deliquerint, iusto gravius puniri, hos vero, si propter avaritiam vel superbiam eadem aut maiora peccaverint, saepe a iudicibus veniam impetrare. Ex Demosthenis orationibus imprimis Midiana huc pertinet, in qua Midiae, hominis ditissimi ac superbissimi, arrogantia et petulantia verbis acerbis castigatur, cf. 21, 96 ταῦτα πέπονθ' ὑπὸ Μειδίου καὶ τοῦ Μειδίου πλοῦτον... παρὰ τὴν πενίαν καὶ ἐρημίαν, ibid. 100. 112. 123. 124. 138. 183; 24, 112; 45, 67; 57, 36. 45; (44), 28. — δι' ἐνδειαν ἀνάγκη] Cf. locos similes 3, 34 δι' ἐνδειαν ἀνάγκη τι ποιεῖν αἰσχροτόν, ibid. 20; 18, 257. 313; 19, 230; 21, 182; 45, 54 (ubi vide G. Hüttner, l. l., p. 41). 74. 85; 57, 45. In falsis orationibus talia non sunt. — τοῖς ἐσχάτοις ἐπιτιμίαις ἐνέξεται] Futurum ἐνέξεται hic sensu passivo accipiendum est, „poenis gravissimis obnoxius erit“. Ἐπιτιμίαις omisum est in codicibus A^a r A^b, item 21, 102 (τιμῶν αὐτῶ τῶν ἐσχάτων); 24, 153; additum est 19, 133 (τῶν νόμων τὰ ἐσχάτα ταπεινότην ἐπιτίμια); (34), 37. Praeterea similia leguntur 19, 3; 21, 12; 24, 119; (59), 5. Ἐνέχεσθαι idem fere est quod ἐνοχον εἶναι (de quo v. supra p. 16), et partim cum dativo (cf. 23, 41), partim cum ἐν et dativo (cf. 23, 38; (50), 49) iungitur. — ἐὰν δὲ πλούσιος ὧν... ταῦτα ποιήσῃ, συγγνώμης τεύξεται] Cum his verbis compares 21, 183 ἂν δὲ πλούσιος ὧν τις ὑβρίξῃ, συγγνώμην ἔξειτε, ibid. 105 τίνος συγγνώμης... τεύξεται; Συγγνώμης τυγχάνειν, „veniam impetare“, satis frequenter in veris, raro in falsis orationibus reperitur. — καὶ ποῦ τὸ πάντας ἔχει ἴσον καὶ δημοκρατεῖσθαι φαίνεται, τοῦτον τὸν τρόπον ὑμῶν ταῦτα βραβεύοντων;] Sententia horum verborum est: „Ubi apparet omnium aequitas ac libera res publica, si hoc modo haec disceptatis, i. e. si divitiis ac potentibus hominibus prae pauperibus praecipua datis eorumque vitiis impunitatem conceditis, cum a pauperibus poenas gravissimas repetatis?“ Aequitatem omnium civitatis liberae Atheniensium tamquam palladium atque insigne esse oratores saepe praedicant, cf. 20, 108 τὸ πάντας ἔχει ἴσον ἀλλήλων. 23, 86 τῶν νόμων ἴσον μετέχει πάντας. 21, 112 οὐ μέτεστι τῶν ἴσων οὐδὲ τῶν ὁμοίων, ὃ ἄ. 249, πρὸς τοὺς πλουσίους τοῖς λοιποῖς ἡμῖν, οὐ μέτεστι, ibid. 96. 124; 24, 59; (10), 74. Plura exempla ex aliis scriptoribus collegit H. Frohberger (G. Gebauer), l. l., I², p. 230. Δημοκρατεῖσθαι, „libera re publica uti“, praeterea legitur 8, 41; 15, 18. 21; 20, 161; 24, 5. 58. 76. 99; (10), 4. 13; (17), 1. 10. Verbum βραβεύειν, proprie „certamen constituere ac designare“, tum omnino „disceptare, diiudicare“ nisi hic et 3, 27 (τὰ τῶν ἄλλων δίκαια βραβεύειν) apud Demosthenem non reperitur; βραβεύς, „arbiter, designator“, legitur 18, 289 (βραβῆ ἔθεντο), βραβευτής (12), 17. Coronae navales quasi certaminis praemia erant, de quibus tribuendis iudices ut designatores disceptabant, cf. § 17 ὥσπερ περὶ δωρεῖās, ἀλλ' οὐ περὶ νικητηρίων τῶν λόγων ὄντων. Poll. I, 123 καὶ περιορμίζει τὴν ναῦν περὶ τὸ χῶμά φησι Δημοσθένης· τῷ δὲ θᾶττον ποῖσάντι τοῦτο ἄθλον (i. e. certaminis praemium) στέφανος ἦν. Aeschin. 3, 189. G. Schmitthenner (l. l., p. 11) iure suo putat totum morem coronas publice dandi a consuetudine in certaminibus victores coro-

¹¹⁹⁾ Hoc loco triginta drachmas, cf. § 11 vs. 3 τῶν μὲν ναυτῶν... ὧν τριάκοντα δραχμαὶ ἕκαστος ἔχει μνάς. ¹²⁰⁾ Cf. Thucyd. 3, 78 ἀθροῖαι αἱ νῆες ἅμα τὸν ἐπίπλουν τοῖς Ἀθηναίοις ἐποιοῦντο. 8, 79 ἐπίπλουν... ποιοῦνται τῇ Μιλῆτι ναυσὶν ὅτι καὶ ἐκτόν. Xenoph. Hell. 2, 1, 28.

nandi deducendum esse; „videbatur enim“, inquit, „res publica quasi arena data eis, qui largitionibus, prudentia rerum civilium, peritia rei militaris, omnibus denique artibus civium suorum laudem gratiamque adipisci studerent, coronaque quasi praemium victori expositum“.

§ 12. *Ἐτι τοίνυν ἔμοιγε δοκεῖ κακεῖν' ἀλόγως ἔχειν*] Isdem verbis transitus efficitur 23, 99 *ἔτι τοίνυν ἔμοιγε δοκεῖ καὶ σφόδρ' ἀναίδης ὁ τοιοῦτος εἶναι λόγος. Ἀλόγως ἔχειν* significat „inconcinnum, absurdum esse“, cf. § 15 *καὶ τοῦτων οὐδέν ἐστ' ἄλογον*. 18, 18; 23, 115; (61), 47. — *τὸν μὲν εἰπόντα τι μὴ κατὰ τοὺς νόμους, ἐὰν ἄλλῳ, τὸ τρίτον μέρος ἡτιμῶσθαι τοῦ σώματος*] „si quis contra leges quid rogavisset et huius delicti convictus esset, eius tertiam partem corporis infamia notandum esse“. His verbis significatur *γραφή* q. d. *παράνομων*, quam cuilibet civi Atheniensi in eum instituere licebat, qui rogationem (*ψήφισμα*) legibus repugnantem aut non rite factam tulerat aut pertulerat¹²¹⁾; etiam in leges, quae a thesmothetis latae aut probatae erant, *γραφή παράνομων* intendi poterat, imprimis si non rite latae erant; si ceteris legibus repugnabant aut rei publicae damno erant, peculiaris actio, *γραφῆς παράνομων* similis, in eas videtur instituta esse¹²²⁾. Qui *γραφὴν παράνομων* intendere volebat, id se facturum esse in contione ante aut post suffragium iureiurando (*ἑπωμοσία*) interposito profitebatur. Quo facto rogatio vel lex interim cohibebatur, donec res in iudicio disceptata erat. Litem instruebant thesmothetae, atque in iudicio omnia eodem modo et tenore fiebant quo in aliis causis publicis. Accusator in actionis formula addebatur aestimationem poenae, nam erat is *ἀγὼν* q. d. *τιμητός*. Anno exacto, ex quo rogatio lata erat, non iam lator eius, sed rogatio ipsa a quolibet in iudicium revocari poterat¹²³⁾. Reus, si causa ceciderat, plerumque pecunia multabatur, neque tamen supplicii extremi in *γραφῇ παράνομων* sumpti exempla desunt¹²⁴⁾. Qui ter *γραφῇ παράνομων* damnatus erat, *ἀτιμία* afficiebatur¹²⁵⁾, i. e. ius amisit in posterum tempus rogationes apud populum ferendi. Erat haec *ἀτιμία*, quae vulgo dicitur *κατὰ προστάξεις* (partiale Atimie), qua quis non omnibus, sed tantum quibusdam iuribus civilibus spoliabatur¹²⁶⁾. Ad hanc *ἀτιμίαν* loco nostro videntur spectare verba *ἐὰν ἄλλῳ, τὸ τρίτον μέρος ἡτιμῶσθαι τοῦ σώματος*, ad quae M. H. E. Meier (de bonis damnatorum, Berolini 1819, p. 130 not. 435) adnotat: Legendum videtur *ἐὰν ἄλλῳ τὸ τρίτον, μέρος* (sc. *τι*) *ἡτιμῶσθαι τοῦ σώματος*, i. e. si quis quid contra leges rogasset et tertio iam huius criminis convictus esset, aliquo modo infamem esse¹²⁷⁾. Quae interpretatio quamquam per se vera est, tamen propterea ferri nequit, quia oratori, hoc si voluisset, scribendum fuit *ἐὰν τοῖς ἄλλῳ, non ἐὰν ἄλλῳ τὸ τρίτον*. Cf. G. H. Schaefer, l. l., p. 1231, 22; idem vir doctus recte dicit „membrorum oppositionem talem esse, ut simpliciter *ἀλλῳ*, non *τοῖς ἄλλῳ* dici debeat“. Mihi verba *τὸ τρίτον* omnino videntur delenda esse, cum sive ad *ἄλλῳ* sive ad *μέρος* referuntur, sententiam turbent atque ineptum in modum imminuant; puto ea e margine, ubi ad *ἄλλῳ* ab interprete quodam adscripta erant, in textum irrepsisse. Lectioni *μέρος* favet etiam locus Andocidis 1, 75, not. 126 allatus, ubi item simpliciter *μέρος τι*, non *τὸ τρίτον μέρος* scriptum est. — *τοὺς δὲ μὴ λόγον, ἀλλ' ἔργον παράνομον πεποιηκότας*] De his verbis v. supra p. 23. Verbum *ποιεῖν* proprie quadrat tantum ad *ἔργον*, non ad *λόγον*; quam figuram rhetores appellant *ζευγμα*, quo cum duobus vel pluribus substantivis iungitur verbum, quod proprie cum uno necti potest. Aliud exemplum legitur 18, 151 *ἐγκλήματα καὶ πόλεμος . . . ἐταράχθη*. Cf. J. Straub, de tropis et figuris, quae inveniuntur in orationibus Demosthenis et Ciceronis, Wirceburgi 1883, p. 121. — *καὶ μὴν ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*] Hic transitus uno loco excepto (34), 48 non reperitur nisi in genuinis orationibus 22, 72; 23, 141; 24, 180; 45, 67 (ubi vide G. Hüttner, l. l., p. 46); adde *καὶ μὴν ὧ ἄνδρες δικασταί* 27, 30. — *πάντας ἂν ὑμεῖς φήσαιτε*] Haec locutio verarum orationum propria est; cf. 19, 7 *πάντες οἶδ' ὅτι φήσαιτε ἂν εἶναι δεινόν*, ibid. 91 *ὅλως δ', ὧ. Ἀθ., δίκαιον δῆπον φήσαιτε εἶναι* 20, 135 *πάντας ἂν ἡγοῦμαι φῆσαι*. 24, 57. 81. 204; adde proem. XLVII, 1. Libri SA^{ar} pro *φήσαιτε* ἂν exhibent futurum

¹²¹⁾ Cf. Att. Process I², p. 428 sq. ¹²²⁾ Cf. G. F. Schömann (J. H. Lipsius), Griech. Altert. I⁴, p. 416. 524. ¹²³⁾ Cf. Att. Process I², p. 433 sq. ¹²⁴⁾ Velut Dem. 24, 138 *μνησθέντες, ὅτι Εὐδῆμον τὸν Κυνδαθηναῖα νόμον δόξαντα θείναι οὐκ ἐπιτήδειον . . . ἀπεκτείνετε*, ibid. 208. Att. Process. I², p. 436 not. 697. ¹²⁵⁾ Diod. 18, 18 *ἦν γὰρ τοῖς ἡλικίως παράνομων καὶ διὰ τοῦτο γεγονώς ἄτιμος*. Athen. X p. 451^a. Cf. Att. Process I², p. 437. ¹²⁶⁾ Andoc. 1, 75 *ἄλλοι αὖ κατὰ προστάξεις, οἵτινες οὐ παντάπασιν ἄτιμοι ἦσαν, ἀλλὰ μέρος τι, οἷον κτλ.* Ex hoc loco apparet apud Athenienses duo tantum genera infamiae fuisse, non tria, ut apud Romanos. Quod in scholio ad Demosth. 21, 87 tria genera statuuntur (*τῶν ἀτίμων οἱ μὲν τὸ τρίτον μέρος τοῦ σώματος ἡτιμῶντο· οἱ δὲ τὰ δύο· οἱ δὲ ὀλόκληρον*), id ad scholiastarum commenta referendum esse luculente demonstravit P. de Lelyveld, de infamia iure Attico, Amstelodami 1835, p. 264 sq. Cf. etiam Att. Process II², p. 755 sq. ¹²⁷⁾ Eandem sententiam probat P. de Lelyveld, l. l., p. 21 et 256.

φύσετε, quae lectio fulciri potest hisce locis: 37, 2 ὡς καὶ ὑμεῖς οἰδ' ὅτι φύσετε. 57, 17. 36; epist. III, 41. 43. Vide etiam G. Fox, l. l., p. 141. Frequentissimi sunt apud oratores loci horum similes, quibus ei, qui causas orant, quae ipsi sentiant vel sciant, etiam iudices aut ceteros omnes sentire vel scire sumunt. De hoc dicendi artificio cf. (40), 53 περὶ ὧν ἂν μὴ ἔχη μάρτυρας παρασχέσθαι, ταῦτα φήσει ὑμῶς εἰδέναι, ὃ ἄνδρες δικασταί, ὃ πάντες ποιοῦσιν οἱ μὴδὲν ὑγίης λέγοντες, et Aristot. Rhet. 7, 7 πάσχοι δέ τι οἱ ἀκούονται καὶ ὃ κατακόπως χροῶνται οἱ λογογράφοι, τίς δ' οὐκ οἶδεν; ἅπαντες ἴσασιν· ὁμολογεῖ γὰρ ὁ ἀκούων ἀσχηνόμενος, ὅπως μετέχη οὐδὲρ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες. Demosthenes maxime hisce formulis uti solet: ἴστε (γὰρ) δήπου (τοῦτο) 8, 11. 74; 18, 249; 19, 116. 209. 215. 225. 247. 264; 20, 31. 155; 21, 32. 51. 99. 132. 202. 219; 22, 13. 26; 23, 61. 67. 111. 118. 130. 139. 182; 24, 91; καὶ τοῦτ' ἴστε καὶ αὐτοί sim. 9, 46; 15, 17; 22, 10; 24, 125; (49), 61; (59), 56; τίς γὰρ οὐκ οἶδεν (ὑμῶν); 18, 132; 19, 83; 21, 37; (40), 58; epist. III, 24. 29; οἰδεῖς γὰρ (οὐδ') ὑμῶν (τοῦτ') ἀγνοεῖ sim. 20, 165; 21, 1; 23, 182; 36, 28; 41, 3; 54, 31; (10), 2. 70; (49), 3. 13; (59), 92; epist. III, 6. 23; ὡς καὶ ὑμῶν οἱ πολλοὶ ἴσασιν sim. 21, 194; 29, 49; 30, 32; 45, 63; 54, 10; 57, 8; (40), 9. 11; ἂ πάντες ἐπίστασθε sim. 16, 9; 19, 87. 217; 22, 15; 23, 31. 104. 151; (25), 92; εἰ γὰρ ἴστε sim. 23, 5. 105. 143. 145; 24, 217; epist. III, 5; οἶμαι μὲν πάντας ὑμῶς εἰδέναι sim. 18, 95; 19, 1. 98. 121. 329; 20, 27. 137. 141; 37, 18; 38, 4; 45, 51. 71; 54, 34. 44; (40), 24; (58), 48; καὶ πάντα ταῦτα σύνισθ' ὑμεῖς sim. 21, 167; 23, 168; 45, 78; (49), 66; ταῦθ' ὑμεῖς μᾶλλον ἴσως εἰδότες ἢ ἐγώ sim. 16, 22; 18, 50; 19, 72. 204. 226; 22, 64; 31, 12; (25), 4. 20; ἴστε πάντες sim. 9, 30; 15, 33; 18, 169; 19, 217. 288; 20, 75. 109; 21, 56. 186. 206; 22, 14. 15; 23, 102; 24, 128; 45, 27. 33; 57, 33; (7), 26. 34; (34), 19; (40), 23; (42), 18; (44), 4; (50), 61; (58), 28; (59), 109; prooem. II; καὶ ταῦτ' ἴσασιν πάντες sim. 9, 59; 15, 5; 16, 24; 18, 129. 130. 282; 19, 17; 20, 64. 149; 21, 64. 71. 174; 38, 23; 57, 60; (7), 36. 37; (25), 41; epist. III, 4; ἂ πάντες μνημονεύετε sim. 19, 117; 21, 80; (59), 30. 91; denique cf. etiam 19, 158. 273. 304; 20, 22. 26; 21, 18. 71. 132; 23, 168; 24, 129. 134; 39, 2. 14; (25), 77; (40), 13; (50), 49; (56), 28. Ex his exemplis apparet has formulas, quibus oratores ad iudicum vel ceterorum scientiam provocant, multo frequentiores esse in veris quam in falsis et dubiis orationibus. — τὰ πρὸς τὰ τοιαῦτα πρῶς ἔχειν προδιδάσκειν ἐτέρους ἀδικεῖν εἶναι] Sententia est: „Si eis, qui tali modo contra leges faciunt, i. e. qui trierarchias locant sumptusque in eas impendentes fugiunt indulgebitis, alios iniuste facere docebitis“. Ἀδικεῖν scripsit F. Blass pro vulgata ἀδίκους auctore Cobetio coll. 24, 218 ὡς τὸ πρῶς ἔχειν τοῖς τοιούτοις... ἐθῆεν καὶ προδιδάσκειν ἐστ' ἀδικεῖν ὑμῶς ὡς πλείστους, qui locus mirum in modum paene ad verbum cum hoc congruit; praeterea compares 9, 46 οὕτως... ἔχειν πρὸς τὰ τοιαῦτα. 54, 39; (10), 46; (61), 38. Προδιδάσκειν, quod hic idem fere est ac διδάσκειν, praeter locos laudatos semel legitur in falsa oratione (7), 23; cf. etiam Aeschin. 3, 72. Adiectivum πρῶς vicies fere in genuinis, bis tantum in falsis orationibus (58), 55; (61), 13 invenitur.

§ 13. Βούλομαι τοίνυν, ἐπειδήπερ εἰς τοῦτους τοὺς λόγους προήχθην... διεξελθεῖν] Sic scripsit F. Blass collato loco simili 19, 29 βούλομαι δ' ἐπειδήπερ εἰς τοῦτους προήχθην τοὺς λόγους... εἰπεῖν. Libri exhibent ἐπειδήπερ παρήλθον, in A^b additum est εἰς τοῦτους τοὺς λόγους, quod iam J. Reiske in textum recepit. Mihi vulgata ἐπειδήπερ παρήλθον, quam F. Blass nihili esse dicit, optime videtur se habere; nam παρέρχεσθαι saepissime, praecipue in veris orationibus, de eo usurpatur, qui dicendi causa prodit; cf. 2, 8 ἢ παρελθὼν τις δεῖξάτω. 3, 28; 5, 5. 6. 9; 8, 30. 31. 68; 14, 2; 15, 6; 18, 22. 171. 173. 213. 285; 19, 18. 19. 45. 116. 117. 122. 254; 21, 12. 116. 135; 24, 208; (7), 20; (13), 12; prooem. VII, 2; XIII; XIX, XXI, 1; XXXVII, 1; XLIV, 1; XLVI, 4; LIII, 3. Quae significatio cur ab hoc loco aliena sit, parum intellego. Transitus, qui efficitur verbis βούλομαι τοίνυν praeterea legitur 8, 21; 18, 102; 19, 315; 21, 10. 175; 23, 88. 144; 24, 108. 212; 38, 14; 41, 11; (25), 43; (46), 5; (47), 49; (49), 65; (59), 88; qui transitus Demosthenis proprius est neque invenitur apud ceteros oratores Atticos, v. H. Frohberger (G. Gebauer), l. l., 1², p. 296. — τὰ συμβαίνοντ' ἀπὸ τῶν τοιούτων] i. e. „incommoda, quae ex mala consuetudine locandi trierarchias civitati redundant.“ Similia leguntur 39, 20 ὁρᾷ, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τὰ συμβαίνοντα καὶ τὴν ἀηδίαν τὴν ἐκ τοῦ πράγματός 24, 291 τὰ συμβαίνοντ' ἐξ αὐτοῦ (sc. τοῦ νόμου) σκοπεῖν 21, 14 τὸ συμβᾶν ἀπὸ τῆς τύχης (26), 25; epist. I, 11. — πάντας ἀνθρώπους ἄγει καὶ φέρει] Cf. locum similem 23, 6 τίνα γὰρ οἶσιν ἢ ἄξει... Χαρίδημος; πάντας ἀνθρώπους. Verba ἄγειν καὶ φέρειν, i. e. „depraedari, diripere, abigere“, haud raro copulantur, cf. 4, 34; 9, 52; 18, 230; 23, 46. 60. 61 (ter);

24, 128; (13), 6. *ἄγειν* dicitur de animalibus, *φέρειν* de inanimatis, cf. I. Bekker, anecd. gr. I, Berolini 1814, p. 206, 14 *ἄγειν καὶ φέρειν ἀντὶ τοῦ ληστεύειν καὶ ἀρπάζειν* ἤγειτο μὲν τὰ ξίφνηχα, ἐφέρετο δὲ τὰ ἄννηχα. Xenoph. Anab. 2, 6, 5; Isocr. 6, 74; Herod. 1, 166. Eodem modo Romani dicunt „ferre et agere“; cf. Liv. 22, 3, 7; 33, 13, 10; Tacit. hist. 1, 2, 11. — καὶ τὰς μὲν ὠφελείας ἰδίᾳ καρποῦται, τὰς δὲ δίκας ὁ τυχὼν δίδωσιν ἑμῶν] „emolumenta privatim percipit, poenas vero quilibet vestrum dat“. Similis sententia expressa est (13), 6 ἀφ' ὧν αἱ μὲν ὠφελείαι τούτων εἰσὶν ἰδίαι, τὰ δὲ μίση... ἐφ' ὧν ἔρχεται τὴν πόλιν. Cf. etiam 24, 29 οὐχ ἓνα τὸν τυχόντα, ἀλλ' ὅλην ἀδικῶν φανήσεται τὴν πόλιν. 18, 318. De καρποῦσθαι, „commoda percipere“, cf. 1, 28; 8, 63 = (10), 65 (καρποῦσάμενοι... πλεονεξίαν); 19, 249; 23, 126; 27, 44. 45; 29, 45; (56), 4. 34; (59), 19; alibi καρποῦσθαι est „diripere, depradari“, ut 1, 22; 6, 20; 8, 65; (10), 67. Δίκας δίδόναι, „poenas dare“, hic minus usitate dictum est pro δίκην δίδόναι, alibi δίκας δίδόναι est „satisfacere, res reddere“, ut 21, 28; 23, 66; 37, 37; 38, 18; (40), 3; (53), 20 vel „in iudicium venire“, ut 23, 218. — ὁ τυχὼν ἑμῶν] „vestrum quilibet“, quocum conferas 18, 318 τῷ τυχόντι τῶν πολιτῶν. 21, 7 εἰς τὸν τυχόντ' ἑμῶν. 21, 159; 22, 58; eandem fere significationem participium ὁ τυχὼν habet 18, 180. 182; 19, 104. 237; 21, 41; 23, 43. 68. 155; 24, 29; (11), 7; (26), 22; (32), 3; (61), 18. 34. 52. 54; τυχόν, „fortuito“, legitur 18, 211; 39, 15; 54, 42; (25), 88; prooem. XXVIII, 2. Vide etiam E. G. Weber, l. l., p. 211. — μόνοις ἑμῶν οὐδαμῶς ἔστιν ἄνεν κηρυκίου βαδίζειν] „vobis solis non licet ullum in locum proficisci sine caduceo“, i. e. sine signo pacis, quod ei, qui portabat, fidem salutemque praestabat. Cf. locum similem 19, 160 οὐδαμῶς ἔπειτο δὲ τούτους βαδίζειν. De dativo μόνοις ἑμῶν cf. 14, 3 μόνοις τῶν ἄλλων ἑμῶν. 19, 269 ἔστι δ' ἑμῶν, ὡς Ἄθ., μόνοις. prooem. XXVII, 2; v. etiam supra p. 18. — διὰ τὰς ἐπὶ τούτων ἀνδροληψίας καὶ σῦλας κατεσκευασμένας] Haec verba J. Reiske (l. l., p. 1232, 5) recte sic explicat: „propterea quod hi (sc. navium conductores) facinoribus suis efficiunt, ut ubique locorum in Athenienses exercentur ἀνδροληψίαι et σῦλαι“, sc. ab aliis vim vi repellentibus. Ἀνδροληψίαι sunt correptiones hominum, σῦλαι correptiones rerum, „Arreste auf Menschen u. Waren“; cf. (35), 26 ὥσπερ δεδομένων σῦλῶν Φασηλίταις καὶ Ἀθηναίων. A. Boeckh, l. l., I³, p. 174. 684. Ἀνδροληψία sive ἀνδρολήψιον identidem legitur in Demosthenis Aristocrateia, ubi actionem publicam videtur significare, quam lex, si quis morte violenta obisset, eius propinquos contra occisorem instituere iubebat, cf. 23, 82 ἐάν τις βιαιῶς θανάτῳ ἀποθάνῃ, ὑπὲρ τούτου τοῖς προσήκουσιν εἶναι τὰς ἀνδροληψίας, ibid. 83–84, 218. E. G. Weber (l. l., p. 298) formas ἀνδροληψία et ἀνδρολήψιον ita usu differre existimat, ut illa comprehensionem hominis significet, haec autem ius comprehensionis sive actionem publicam; quod discrimen infitiat E. Drerup (Jahrb. f. klass. Phil., Suppl. XXIV (1898), p. 279), qui pluralem ἀνδροληψίαι de iure comprehensionis omnino, singularem ἀνδροληψία sive ἀνδρολήψιον de ipsa comprehensione hominis intellegi vult. At nostro loco pluralis ἀνδροληψίαι non de iure comprehensionis, sed ipsis hominum comprehensionibus intellegendus est. Cf. etiam Att. Process I², p. 345 sq.

§ 14. Ὡστε τῇ γ' ἀληθείᾳ σκοπῶν τις ἂν εἴρῃ] Similia leguntur 21, 155 ὥστε... τῇ ἀληθείᾳ, ibid. 154 τῇ ἀληθείᾳ δεῖ σκοπεῖν. 2, 6 et 20, 13 σκοπῶν εὐρίσκω. Σκοπῶν τις ἂν cum optativo verbi sentiendi non legitur nisi in veris orationibus 1, 21; 16, 20; 24, 32; 37, 39; 38, 11. Τῇ ἀληθείᾳ, „re vera“, praeterea occurrit 22, 38. 47; 30, 33; 57, 25; (33), 2. 23; (59), 2. 83. 96. — οὐχ ὑπὲρ ἑμῶν, ἀλλὰ καθ' ἑμῶν ἐκπεπλευκνίας] Eadem oppositio invenitur 15, 25 τοὺς καθ' ἑμῶν λόγους, ἀλλὰ μὴ τοὺς ὑπὲρ ἑμῶν ἐσκέφθαι. 18, 277 εὐρήσετε (sc. τὴν ἐμὴν ἐμπειρίαν)... ἐξετάζουμένην ὑπὲρ ἑμῶν αἰὲ καὶ οὐδαμῶς καθ' ἑμῶν. prooem. XLVI, 3; epist. II, 9; cf. praeterea 4, 50 ὅσα... ἡλπίσαμεν τινα πράξειν ὑπὲρ ἡμῶν, καθ' ἡμῶν εὐρήται. 18, 131. 277; 22, 59; 36, 48 ἡμεῖς... ὑπὲρ σοῦ λέγομεν, σὺ δὲ... κατὰ σαντοῦ λέγεις. In falsis orationibus talia desunt. — τὸν γὰρ ὑπὲρ τῆς πόλεως τριήραρχον] „trierarchum salutis rei publicae prospicientem“. Similiter dictum est 22, 64 et 24, 170 τὸν γὰρ ὑπὲρ τῆς πόλεως πράττοντα. 24, 102 τὰς ὑπὲρ τῆς πόλεως στρατείας. 21, 115; (13), 18. Saepenumero inter articulum et substantivum alia vox e praepositione pendens interiecta est, cf. praeter exempla laudata 20, 52 διὰ τὴν πρὸς ἑμᾶς εὐνοίαν. 36, 13 τὴν ἀπὸ τούτων ἐργασίαν. 54, 18 τὴν ἐκ τοῦ νόμου δίκην. 19, 153 τοῖς ἀπὸ τῆς εἰρήνης λυσitelοῦσιν. — προσδοκᾶν χρή] Haec locutio praeterea legitur 4, 46; 14, 12; 18, 195; 20, 7; 21, 9. 220; epist. III, 9, semper ita, ut χρή antecedit infinitivum προσδοκᾶν. Cum hoc quoque loco codex A^b exhibeat χρή προσδοκᾶν, sic scribendum esse existimo. In falsis orationibus locutionem χρή προσδοκᾶν frustra quaesivi, semel (58), 22 reperitur προσδοκᾶν δεῖ. — ἀπὸ τῶν ἰδίων τὰ τῆς πόλεως ἐπανορθώσιν]

„privatis facultatibus rem publicam labentem sublevare atque restituere“. Από τῶν ἰδίων occurrit praeterea 18, 114. 123; de oppositis notionibus ἰδῖος et κοινός v. supra p. 16. Τὰ τῆς πόλεως, „quae ad rem publicam pertinent“; suppleri potest πράγματα vel simile substantivum. Frequentissime hoc modo articulus neutrius generis cum genetiivis iungitur; τὰ τῆς πόλεως praeterea legitur 3, 26. 29; 8, 20. 58; 18, 235; 19, 141. 284; 24, 98. 101. 122; (10), 60; (11), 18; (25), 42; (50), 15; (58), 6; (59), 111. Alia exempla conguessit C. Rehdantz, Indices II², s. v. Artikel; his adde τὰ τῶν Ὀλυμπίων 1, 26; τὰ τούτων 3, 22. 29; τὰ τῆς δόξης 22, 75; 24, 183; τὰ τῆς σωτηρίας 23, 163; τὰ σφῶν αὐτῶν (11), 18. — εἴπερ ἔσται τι τῶν δεόντων ὑμῶν] „siquidem, quae vobis opus sunt, exsequenda sunt“; τῶν δεόντων τι uno loco excepto (26), 19 non reperitur nisi in genuinis orationibus 3, 36; 18, 212; 19, 91. 123; 21, 202; 23, 202; 24, 94; 31, 14. — τούτων δὲ τὰναντία ἕκαστος ἐγνωκὼς ἐκπλεῖ] „horum unus quisque, cum e portu solvit, in contraria est opinione“, i. e. non id spectat, ut rem publicam augeat atque amplifiet, sed ut ipse cum incommodo rei publicae locupletetur. Similia leguntur 23, 153 πάντα τούτοις τὰναντί' ἐγνωκὼς ποιεῖν. 19, 5; 23, 42; 24, 90; prooem. XLIV, 2; (25), 99 ὅταν... τὰναντία... ἐγνωκότες ἦτε. — καὶ γὰρ τοι] „etenim, nempe“, ironice dictum est. Eodem fere sensu legitur § 22 καὶ γὰρ τοι πάντα δι' αὐτῶν ποιοῦνται. Utrouque loco καὶ γὰρ τοι habet vim causalem, cum alibi plerumque pertineat ad conclusionem ex eis, quae praecedunt, faciendam; cf. Karlowa, l. l., p. 5. Multo frequentius καὶ γὰρ τοι transitum efficit in veris quam in falsis vel dubiis orationibus; nam viciis fere in illis, ter tantum in his occurrit. — τὰ τῶν αὐτῶν τρόπων ἀμαρτήματα ταῖς ὑμετέροις βλάβαις ἐπαυροῦνται] Sententia est: „Suorum morum vitia vestris incommodis corrigunt, vel, ut est in proverbio, quidquid ipsi intraverunt, vobis exedendum est.“ Comparare licet (26), 3 τὰ μὲν τῶν ἰδιωτῶν ἀμαρτήματα οὐκ εἰς τὸ πλῆθος, εἰς δ' αὐτοὺς ἤνεγκε τὰς βλάβας. Pluralis βλάβαι praeterea legitur 21, 176; 24, 216; 55, 28; (50), 1. Inter oratores iuxta Isocratem Demosthenes potissimum plurali substantivorum abstractorum uti solet, ut εἰπορίαι 5, 8; ἀφθορίαι 20, 26; ἐνδεῖαι 36, 42; περιουσίαι 3, 33; χάριτες 8, 53; φιλανθρωπίαι 8, 70; ὀξύντητες 24, 95. Plura vide apud C. Rehdantz, Indices II², s. v. Plural; perrari sunt eiusmodi plurales in falsis orationibus.

§ 15. Καὶ τούτων οὐδὲν ἐστ' ἄλογον] „neque mirum est quod talia fiunt.“ Similiter dictum est (61), 67 καὶ τούτων οὐδὲν ἄλόγως ἀποβέβηκεν. prooem. XLII, 1 οὐδὲν ἐστίν, ὦ. ἄ. ΑἹ., τοῦτ' ἄλογον. Isocr. 5, 26 καὶ ταῦτ' οὐκ ἄλόγως ἐγνωκασιν. De eiusmodi formulis, quas rhetores vocant ἐπικρίσεις, cf. H. Frohberger (G. Gebauer), l. l., I², p. 502 sq.; adnectitur plerumque, ut hoc quoque loco, enuntiatum causale particula γὰρ introductum. — δεδώκατε γὰρ τοῖς βουλευμένοις ἀδικεῖν... συγγνώμης τυχεῖν] Eadem sententia isdem fere verbis expressa est 24, 205 τοῖς ὑμᾶς βουλευμένοις ἀδικεῖν ἢ πᾶς ἔξουσία καὶ ἄδεια γενήσεται. 23, 94 τοῖς ἀδικεῖν βουλευμένοις... ἄδειαν δώσετε. Cf. praeterea 9, 55 δεδώκατε τούτοις. 24, 85 τοῖς ἀδικεῖν βουλευμένοις. 8, 23. — ἐὰν μὲν λάθωσιν, ἔχον] Sententia est: „Homines improbos, si quae per iniuriam furtim arripuerunt, vos ea possidere sinitis.“ Simillime dicit Demosthenes in Aristocrate de furibus 24, 115 λαθόντες μὲν ἔξουσιν — τοῖς οὖν ἡμεληκόσι δόξης] „eis, qui famae suae atque existimationi parum consulunt.“ Cf. infra § 17 οὕτως ὀλιγοροῦσι τοῦ δοκεῖν ἐπιεικῆς εἶναι. 18, 227 δόξης... ἀμεληῖσαι. 54, 42. — ἄδεια ποιεῖν ὃ τι ἂν βούλωνται γέγονεν] Similia leguntur 24, 47 οὐδ' ἐπειδὴν τὴν ἄδειαν εὔρηται τις, ἔδωκεν ὡς ἂν βούληται πράττειν. (13), 17 ὅτι ἂν βούλησθε ποιεῖν, ὑμῖν ἔξουσίαν καὶ ἄδειαν παρασκευάσονται. 23, 94; 24, 9. 106. 205. 207; (59), 111. Vide etiam infra p. 94 ad § 16. — τῶν μὲν τοίνυν ἰδιωτῶν τοὺς μετὰ τοῦ παθεῖν μανθάνοντας ἀπροσέκτους ὀνομάζομεν] „ex privatis hominibus eos, qui demum calamitate docentur, improvidos dicimus.“ Similis sententia redit 5, 5 μετὰ τοῦ... παθεῖν ἔγνωτε τὴν τῶν ταῦτα πεισάντων κακίαν. Adiectivum ἀπροσέκτος, „improvidus, inconsideratus“, apud Demosthenem ἅπασι λεγόμενον est; legitur Xenoph. de rep. Laced. 13, 7; Antiphan. apud Athen. VI, p. 238 f. Libri A² r pro ἀπροσέκτους exhibent ἃ προσήκει ἀνοήτους, quod non probaveris. — ὑμᾶς δ', οἵτινες οὐδὲ πεπονθότες πολλάκις ἤδη φυλάττεσθε, τί τις καλέσειεν ὑμᾶς;] „vos vero, qui quamquam persaepe iam detrimentum accepistis, non cavetis, quo nomine quis significet?“ Structura enuntiatorum similis est epist. III, 37 παρ' ὑμῶν... οἵτινες ὦ — τί ἂν εἰπὼν... μὴ ψευσαίμην; 18, 22 εἰτ' ὦ τί σ' εἰπὼν ὀρθῶς προσείπω; 21, 197 ὅν... τί τοῦτον εἴη τις; (43), 68 οἵτινες γε... τὰ μὲν ἄλλα τί ἂν τις λέγοι περὶ τούτων; 8, 23; 9, 54; 18, 129. Haec est figura quae dicitur διαπόρῃσις sive dubitatio, de qua cf. J. Straub, l. l., p. 99. De sententia cf. etiam 5, 2 οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἀνθρώποι πρὸς τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι βουλευέσθαι, ὑμεῖς δὲ μετὰ τὰ πράγματα. (10), 33; (25), 94. Verba πολλάκις ἤδη delevit F. Blass, quod

„ad numeros abundant“. Sed satis mihi defendi posse videntur his locis: 1, 8 παθεῖν ταὐτὸ ὅπερ ἡδὴ πολλάκις πρότερον πεπόνθατε. 19, 323; 24, 91; 55, 20; epist. V, 3.

§ 16. Ἄξιον τοίνυν καὶ... εἰπεῖν] Eadem transeundi formula reperitur 24, 123 ἄξιον τοίνυν καὶ τοῦτ' εἰπεῖν. 20, 81; 22, 12. 30; 23, 196; 31, 9; 45, 71 (ubi vide G. Hüttner, l. l., p. 49); (33), 29; (46), 28. — ἡγοῦνται τινες] Similiter dictum est 8, 18 et 23, 6 τινὲς οἴονται. 8, 38 εἰσὶ... τινὲς, οἱ... οἴονται. — ἔξουσίαν εἶναι σφίσιν καὶ ποιεῖν ὅ τι βούλονται καὶ λέγειν] Similia leguntur 9, 2 Φιλίππῳ δ' ἔξεσται καὶ πράττειν καὶ ποιεῖν ὅ τι βούλεται, ibid. 22 et 23 ποιεῖν ὅ τι βούλεται. 19, 17 ἔξουσία γέγον' αὐτῷ τοῦθ' ὅταν βούληται ποιῆσαι. 8, 8; 23, 67; 37, 6; (13), 17; (25), 20. 25 (ὅτι ἔξεστι καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν... ὅ τι ἂν βούληται τις); (26), 13; (42), 2; (61), 23. Cf. etiam supra p. 23 et 28. — τῶν τότε συγκατηγοροῦντων μετ' Ἀριστοφάνους] „eorum, qui tum subscripserant cum Aristophonte“, sc. in causa post cladem ad Pepharethum acceptam intenta, de qua cf. supra p. 19 sq. Pleonasmum, qui inest in locutione συγκατηγορεῖν μετὰ τινος pro simpliciter κατηγορεῖν μετὰ τινος, ex oratoribus Atticis saepissime usurpat Demosthenes, cf. 19, 291 συγκατηγορεῖ μετ' ἐκείνου σου. 18, 229 μετὰ Φιλίππου συνεμβάλεῖν, ibid. 230 συμπολεμεῖν μετ' ἡμῶν. 21, 127 συνεξεταζομένους μετὰ τούτου. 57, 47 μετ' ἐμοῦ συνθέειν. (7), 15; (34), 34; (48), 5. 43. Verbum συγκατηγορεῖν non legitur nisi apud verum Demosthenem. Cf. etiam H. Frohberger (G. Gebauer), l. l., I², p. 347 sq. — πικρῶν ὄντων τοῖς μεμυσθωκόσι τὰς τριηραρχίας] Πικρός, „exacerbatus (cf. nostrum „erbittert“), ira incensus“ in simili sententiarum nexu reperitur 21, 64 Φιλόστρατον... κατηγοροῦντα... καὶ πάντων τῶν κατηγορῶν πικρότατον γενόμενον. 18, 14 κρίσις πικρά. Eandem fere significationem habet χαλεπός 16, 8 φρασάτω τις ἐμοὶ τῶν νῦν χαλεπῶν τοῖς Μεγαλοπολίταις. — δνοῖν θάτερον ἐξελέγχοντο αὐτοὺς, ἢ... ἢ] „alterutrum in modum ipsi se convinceunt, aut... aut“. Haec figura vocatur διλήμμα sive divisio, de qua cf. H. Frohberger (G. Gebauer), l. l., I², p. 424 sq. Frequentissime in divisione usurpatur locutio δνοῖν θάτερον, ἢ... ἢ. Ex Demosthenis orationibus hi loci huc spectant: 9, 11; 14, 34; 18, 139; 19, 102. 151. 176; 23, 195; 27, 45; (47), 45; (49), 41; (56), 2. 27; prooem. XXV, 3; XLIV. — ἀδίκως συκοφαντοῦντες] „iniuria calumniantes“. Haec locutio nisi in subditiis orationibus non reperitur: (33), 2 ἀδίκως ἐγκαλοῦντας... καὶ συκοφαντοῦντας. (52), 33 ἀδίκως συκοφαντούμενος. Ex veris orationibus comparare licet 24, 69 ἀδίκως διαβεβλημένος. 57, 5 ἀδίκως... τὴν κατηγορίαν πεποίηται. — τοῖς δ' ἐπὶ μισθῷ συνηγοροῦντες] „istis, sc. adversariis meis, pecunia corrupti patrocinantibus“. Hoc uno loco adversarii significantur pronomine ὅδε, alibi semper pronomine οὗτος. Ἐπὶ μισθῷ „pro mercede“, proprie, „mercede pacta (unter der Bedingung, Zusage des Lohnes)“, eodem sensu legitur § 21 οὗς ἴσ' ἐπὶ μισθῷ τοῦτο πράττοντας. 23, 146 τοὺς ἐπὶ μισθῷ λέγειν καὶ γράφειν εἰσθότας. (59), 108. Similis est usus huius praepositionis 19, 182 ἐπ' ἀργυρίῳ λέγειν. 24, 100 πράττων ἐπ' ἀργυρίῳ. 5, 5 ἐπὶ μικροῖς λήμμασι. 18, 45 et 19, 271. 332 ἐπὶ χορήμασι. Cf. etiam C. Rehdantz, Indices II², s. v. ἐπὶ. Verbum συνηγορεῖν, quod non legitur nisi in genuinis orationibus, infra § 18 cum ὑπέρ et genetivo (ὑπέρ τοῦ δικαίου σ.), alibi ut hic cum dativo iunctum est, cf. 19, 15. 178. 301. 333.

§ 17. Καὶ χαρίσασθαι... ὄντων] De sententia horum verborum vide supra p. 6. Χαρίζεσθαι, „gratificari“, hic et quattuor versibus infra idem fere valet quod 21, 165 ἐν χάριτος μέρει καὶ δωρεῖας παρέχειν et 23, 89 ἐν δωρεῖς... τάξει ποιεῖσθαι. Cf. praeterea 21, 205. 207 (ὑμῖν οὐχὶ καλῶς ἔχει χαρίσασθαι). 209. 211; 22, 35; 41, 16 (καταχαρίσασθαι), ibid. 18. — ὥσπερ... ἀλλ' οὐ... ὄντων, ἢ καὶ... τιθεμένων... ἀλλ' οὐ... προσήκον] Simillima est structura enuntiatorum 18, 122 ὥσπερ... ἐκδεδοκώς, εἴτ' οὐκ... κομιζόμενος, ἢ... ἀλλ' οὐ... γιγνώσκομένους. Cf. etiam infra § 18 ὥσπερ ἄξια τοῦ μισθοῦ ποιῆσαι προσήκον ἐαυτοῖς, ἀλλ' οὐ γνώμην ἀπορήνασθαι. § 19 ὥσπερ οὐχὶ πολιτείας κοινῆς μετέχοντες..., ἀλλά. 16, 1; 22, 70; 24, 177; (44), 64. ὥσπερ προσήκον praeterea legitur (40), 42; ὥσπερ (ὡς) δέον 21, 105; 57, 18; (40), 42; (56), 41. Omnes fere hae sententiae particula ὥσπερ(ὡς), ex qua pendet participium, introductae ironice dictae sunt; cf. etiam 18, 276. 323; 19, 12. 132; 21, 36. 79; 30, 36; 31, 12; 36, 17; 57, 65; (35), 26. 39; (42), 2. 8. 14. 17; (44), 60; (56), 43. 44; (58), 49. 50. 54; (59), 97; epist. I, 4. — περὶ νικητηρίων] „de victoriae praemio“, quocum conferas epist. I, 16 κατὰ τῶν νικητηρίων... εὐξάμενοι, „pro victoria vota nuncupantes“; alibi vox νικητήρια (rarus est singularis νικητηρίου) apud Demosthenem non exstat; sed cf. Xenoph. Cyr. 8, 4, 1; Plato Euthyd. 305^d; Eurip. Alc. 1031. — περὶ δωρεῖς... τῶν λόγων ὄντων] De plurali λόγων cf. 6, 1 ὅταν... λόγοι γίνωνται περὶ ὧν Φίλιππος πράττει. 22, 35; 23, 21; prooem. XXIV, 2. — χάριν τιθε-

μένων... ὑμῶν] „quasi vos gratiam vel praemium ponatis“. Locutio χάριν τίθεσθαι apud Demosthenem alibi non exstat et omnino rara est in prosa oratione; saepius reperitur apud poetas, ut Aeschyl. Prom. 784; Eurip. Electr. 61; Theog. 1092; χάριν κατατίθεσθαι legitur 19, 240; (59), 21. — διὰ τῶν τοιοῦτων] Supplendum est ἀνθρώπων, „per tales causarum patronos“, i. e. homines ignavos atque socordes, quibus proximo versu opponuntur οἱ βελτίονες „meliores“, i. e. liberaliores patriaeque amantiores homines; item οἱ ἀμελοῦντες ὑμῶν, „qui vos neglegunt“, opponuntur τοῖς ἐπηρετοῦσιν ἃ δεῖ, „eis, qui, quae opus sunt, praestant“. Similis oppositio invenitur 9, 38 τὸν οὖν καιρόν... ὃν ἡ τύχη καὶ τοῖς ἀμελοῦσιν κατὰ τῶν προσεχόντων πολλάκις παρυσκευάζει, cf. etiam 21, 167 ἀμελήσας ὑμῶν et supra p. 14. — οὕτως ὀλιγοῦσαι τοῦ δοκεῖν ἐπεικεῖς εἶναι] „tam parvi eorum interest se probos ac modestos putari“, quocum conferas (25), 25 ἀνπερ τοῦ ποῖός τις εἶναι δόξει ταῦτα ποιῶν ὀλιγοῦσιν. prooem. XXXIII, 1 εἰ... σπουδὴν τοῦ δοκεῖν ἐπεικῆς εἶναι ποιοῖτο. 18, 128; 19, 223; (34), 30; prooem. XLVI, 2. Ex verbo ὀλιγοῦσιν plerumque pendet genetivus, cf. 1, 17; 15, 24; 20, 110; 22, 32; 23, 94. 132. 133. 154; (26), 23; (61), 51; epist. III, 33; bis accusativus (10), 8. 9; ter absolute positum est 55, 5; prooem. IV, 3; XLIII, 2. — καὶ παντελῶς τὰλλα πάρεργα πρὸς τὸ λαβεῖν (sc. ἀργύριον) νομιζόντων] „cetera omnia prae accipiendae pecuniae studio parvi putant“. Pro πάρεργον νομιζέον legitur πάρεργον ποιέσθαι (61), 34; Hyperid. 5, 13 πάρεργα τὰλ[λ]α πάντα ποιησάμενον. Loco substantivi πάρεργον usurpatum est 30, 21; denique adverbium παρέργως reperitur (17), 13. Πρὸς τὸ λαβεῖν, „prae accipiendo (im Vergleich zum Nehmen)“; similis est usus praepositionis πρὸς 54, 42 μήτε δόξης... μήτ' ἄλλον μηδενὸς φροντίζοντος πρὸς τὸ μὴ δοῦναι δίκην. 20, 13 οὐ τὸ λυσιτελέστατον πρὸς ἀργύριον σκοποῦν. 20, 31; 21, 154. Cf. L. Lutz, l. 1., p. 170. Alio sensu occurrit locutio πρὸς τὸ λαβεῖν 18, 20 τί οὖν συνηγωνίσαι αὐτῷ πρὸς τὸ λαβεῖν... ὑμᾶς; i. e. „quid igitur ei adiumento fuit ad vos capiendos?“ Denique cf. 19, 223 ἀπεσχόμεν τοῦ λαβεῖν, ubi, sicut nostro loco, supplendum est ἀργύριον. — ὥστε... τοῖς πρότερον ῥηθεῖσιν ὑφ' αὐτῶν ἐναντία τολμῶσι δημηγορεῖν] Similia leguntur 5, 4 μικρὰ τῶν πρότερον ῥηθέντων. (34), 48; prooem. II, 2 ἐναντία δημηγορεῖν. In argumentis, quibus oratores niti solent, illud est frequentissimum, ut adversarios inconstantiae coarguere studeant, cum eos antea aliter aut dixisse aut fecisse demonstrant atque tunc. Cf. ea, quae statim sequuntur: καὶ νῦν οὐ ταῦτα λέγουσιν ἐαυτοῖς, quibuscum compares 37, 6 οὐτε γὰρ ταῦτα λέγουσιν οὐτ' αἰετὰ ταῦτα οὕτως γε. 28, 10 φαίνεσθε δ' οὐδέποτε ταῦτα περὶ ἀλλήλων λέγοντες. 31, 5 εἰ φανείη μὴ ταῦτα λέγων τοῖς ἐξ ἀρχῆς περὶ τῶν αὐτῶν. 41, 24 πᾶσιν ἐναντία τοῖς πεπραγμένοις ἐαυτῷ λέγων οὐκ ἀσχένηται. 20, 130; 24, 62; 36, 34; (34), 44 νῦν δὲ τοῦναντίον λέγουσιν ὧν πρότερον αὐτοὶ συγκεχωρήκασιν. (47), 40; (48), 45; (58), 53. — οἷνεες τοὺς μὲν ναύτας φασὶ δεῖν οἰκέλους εἶναι τῆς τριήρους τῆς ληφομένης τὸν στέφανον] Haec verba A. Kirchhoff (l. 1., p. 100) sic interpretatur: „Sic, die behaupten, die Galeere, welche den Kranz haben wolle, müsse ihre Ruderknechte an Bord haben. . . . Wahrscheinlich war ihm (dem Sprecher) von der seinem Schiffe zugewiesenen Mannschaft, wie das zu geschehen pflegte, ein guter Theil davongelaufen, den ihm wieder herbeizuschaffen noch nicht gelungen war, während der Unternehmer (der Gegner) seine Leute besser zusammenzuhalten verstanden hatte.“ Quae interpretatio mihi propterea non probatur, quod adiectivum οἰκέλος, quantum scio, nusquam significat, id quod sumit A. Kirchhoff „an Bord des Schiffes“. Praeterea veri simile non duco actorem, si re vera magna pars nautarum eius aufugisset, de corona certare ausurum fuisse. An sperare potuit se hanc adepturum esse, nisi nautas suos in nave habuit? Immo οἰκέλος mihi hic idem fere videtur significare quod „indigena, civis“, ut multis locis, quibus Demosthenes cives suos hortatur, ut ipsi naves conscendant et civili exercitu bellum cum Philippo gerant, cf. 4, 25 τί οὖν κελεύω; τὰς προφάσεις ἀφελεῖν... μισθὸν πορίσωντας καὶ στρατιώτας οἰκέλους... παρακαταστήσαντας, ibid. 27 οὐ γὰρ ἐχοῖν, ὃ ἄ. 29, ταξίαρχους παρ' ὑμῶν, ἡπυρχον παρ' ὑμῶν ἀρχοντας οἰκέλους εἶναι, ibid. 44 οὐκ ἔστιν αὐτοὶ μέρεϊ γέ τι στρατιωτῶν οἰκείων νῦν... οὐκ ἐπὶ τὴν ἐκείνων πλευσόμεθα; (13), 5 στρατεύεσθαι δ' αὐτούς... ἀλλὰ τὴν δύναμιν τῆς πόλεως οἰκείαν εἶναι. 18, 234. Itaque sententia eius loci, quem supra exscripsimus, est: „qui dicunt oportere nautas triremis coronam accepturae cives esse“. Genetivus igitur τῆς τριήρους ad ναύτας, non ad οἰκέλους referendum censeo ¹²⁸). Haec interpretatio si vera est, ex hoc loco elucet, coronas navales non

¹²⁸) De verborum collocatione minus usitata cf. (32), 4 τὸν γόμον οἰκείον ἔχειν αὐτὸν τῆς νεώς, „merces navis proprias habere“, ubi item genetivus τῆς νεώς ad γόμον, non ad οἰκείον referendus est.

solitas esse addici nisi eis navibus, quae civibus completae essent. Antiquioribus temporibus omnium navium nautas cives fuisse ac postea demum inter cives etiam peregrinos et servos conductos esse supra (p. 3) vidimus. Atqui nonne veri simili est eas naves, quibus praemium coronae tribuendum esset, etiam postea non complendas fuisse nisi civibus, similiter atque navem publicam Atheniensium (ἡ Πάριος), quam ipsam quoque semper liberis civibus completam esse constat? (Cf. supra p. 3 not. 33.) Suspicio actorem, ut navem suam quam celerrime compleret, non omnes cives, sed etiam aliquot peregrinos vel servos conduxisse. Id adversarii ei crimini dant, sed respondet illos ipsos quoque malos cives se praebuisse, cum trierarchia collocata a liturgia se alienarent (τοὺς ἡλλοτριωκότας αὐτοὺς ἀπὸ τῆς λητονογίας) ideoque corona non magis digni essent. Verbum ἡλλοτριόω „alieno“, praeter hunc locum bis exstat apud Demosthenem idque non nisi in veris orationibus 9, 8 et 18, 88.

§ 18. Τοῦ ψηφίσματος οὐ ταῦτα λέγοντος] Cf. (59), 4 ψηφισμα . . . προβούλεμα . . . λέγον. Multo crebrius quam τὸ ψηφισμα λέγει dicitur ὁ νόμος λέγει vel οἱ νόμοι λέγουσιν, cf. 8, 28; 18, 121; 20, 160; 22, 6. 57; 23, 48. 53. 62. 72; 36, 25; 37, 19; 38, 5. 16. 17. 18; 39, 12; (25), 27. 73; (34), 4; (42), 11. 18; (43), 52. 55; (44), 49. 67; (46), 6; (58), 52. Adde ταῦτα προλέγοντος τοῦ νόμου (42), 1; ἡ συγγραφή λέγει (35), 37; (56), 27. 38. 39; τὰ γράμματα λέγει 9, 42; 19, 271. De metaphora, quae inest in his locutionibus, cf. A. Roschatt, die Metaphern bei den attischen Rednern, Straubing 1886, p. 41. — ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω τοῦτο συγχεῖν ὅσον περ] De sententia horum verborum v. supra p. 5 et 6. Hoc uno loco locutionem τοσοῦτον δέω sequitur ὅσον περ, alibi semper ὥστε, cf. 8, 70; 9, 17 (ἐγὼ δὲ τοσοῦτον δέω . . . ὁμολογεῖν); 18, 111; 19, 48. 230; 20, 33; 23, 158; 29, 17; 37, 49; 54, 5; (17), 15; (40), 22; (53), 27; epist. III, 20. — προσποιεῖνται μὲν τοῖνυν ἐπὲρ τοῦ δικαίου συγχεῖν] „simulant igitur se rectum iustumque tueri.“ Ὑπὲρ τοῦ δικαίου praeterea legitur (46), 28; (59), 15; prooem. XVI; ἐπὲρ τῶν δικαίων § 19 ἐὰν ἐπὲρ τῶν δικαίων . . . τις εἴπῃ. 2, 24; 4, 3; 15, 8; (7), 1; (56), 12; epist. II, 15; περὶ τῶν δικαίων 15, 25; 18, 111. 177; (10), 2; (17), 1. — σπονδάζουσιν δὲ μᾶλλον ἢ προῖτα ἢν τις ἐμὼν πράττειν] Sententia est: „Maiore cum studio causam clientium suorum defendunt quam vestrum quisquam gratuito, i. e. si pecunia corruptus non esset, faceret.“ Verbum σπονδάζω raro ut hic absolute positum est, cf. 8, 77; 16, 5; 20, 143; 22, 35; (10), 1; (25), 8. Alibi ex hoc verbo pendent praepositiones περὶ, ἐπὲρ cum genetivo vel περὶ, πρὸς cum accusativo vel enuntiata particulis ὥς, ὅπως introducta. De locutione προῖτα πράττειν cf. 19, 157 ὅτι μὲν γὰρ αἰσχρά . . . καὶ οὐ προῖτα πεπραγμένα (sc. τὰ ἀδικήματα), πάντες ὑμεῖς ἐοράκατε. Adverbium προῖτα in falsis orationibus non exstat; legitur praeter locos laudatos 5, 12; 19, 7. 119. 232. 274. 282; 24, 195. 199; prooem. II, 2. — ὥσπερ ἄξια τοῦ μισθοῦ ποιῆσαι προσήκον ἐαυτοῖς, ἀλλ' οὐ γνώμην ἀποφύνασθαι] Sententia est: „Officii sui esse putant non tam veram suam sententiam proferre quam ita agere, ut digni videantur mercede, quam acceperunt.“ Cum hoc loco comparari potest (60), 30 ἄξια δὲ τούτων ποιῶντες ὀφθαῖνοι. Locutio γνώμην ἀποφύνασθαι, „sententiam proferre, edere“, praeterea legitur 4, 1 = prooem. I, 1; 18, 189; 19, 156; (13), 11; (59), 46; prooem. XXV, 3; cf. etiam (25), 9 γνώμης ἀπόδειξιν. Creberrimi sunt apud oratores loci huiusce similes, quibus ab eis, qui causas agunt, adversariis vel eorum patronis opprobrio datur, quod mercede conducti sint; ex Demosthenis orationibus hi potissimum loci huc spectant: 8, 64; = (10), 66; 9, 37. 39; 18, 138; 19, 110. 127. 182. 183. 282. 289. 301; 21, 139; 23, 146; 24, 3. 65. 67. 195. 199. 200. 203; (10), 75; (11), 18; prooem. II, 2. Vides in subditiis orationibus eiusmodi locos paene prorsus deesse.

§ 19. Εἴτ' ὥσπερ οὐχὶ πολιτείας κοινῆς μετέχοντες] Sententia est: „Tamquam non vivant in communi civitate, in qua omnes pari eodemque sint iure“. Similia leguntur 23, 86 = 24, 59 ὥσπερ . . . τῆς ἄλλης πολιτείας ἴσον μέτεστιν ἐκάστῳ. 15, 29 τῶν . . . δικαίων τῶν ἐν ταῖς πολιτείαις οἱ νόμοι κοινὴν τὴν μετουσίαν ἔδωσαν. (10), 45 δικαίως ἀλλήλοις τῆς πολιτείας κοινωνεῖν. Vide etiam supra p. 24 ad § 11. — καὶ διὰ ταῦτα τῷ βουλευμένῳ λέγειν ἔξόν] His verbis significatur ius contionandi (ἰσηγορία), quod cuilibet civi Atheniensi competebat quodque firmissimum fundamentum liberae rei publicae eorum erat. Cf. 15, 18 τοῖς μετ' ἰσηγορίας ἔξῃ ἡρημένους. Λέγειν ἔξόν praeterea occurrit 22, 30. 32; (25), 4. 38. — ἀλλ' ἱερωσύνην ἰδίαν αὐτοὶ τινα ταύτην (sc. τὴν πολιτείαν) ἔχοντες] „sed rem publicam vel privatum aliquod sacerdotium ipsi obtinentes.“ Erant Athenis veteres gentes, velut Ἐρεοβοντάδαι, Εὐμολπίδαι al., quae privilegium sacerdotiis quibusdam fungendi habebant. Cf. G. F. Schömann, Gr. Altert. I³, p. 467. Quibus cum gentibus comparantur patroni adversariorum, qui rem publicam omnium communem velut privilegium sibi sumunt

et ius contionandi, quod cuiuslibet civis est, soli obtinent. — *ἱερωσύνην τινά*] „sacerdotium aliquod (eine Art von Priestertum)“. Saepenumero hoc modo pronomen *τις* ad vim substantivi vel adiectivi accuratius determinandam additur. Eis exemplis, quae collegit C. Rehdantz, Indices II², s. v. *τις*, adde: 1, 10 *τινά... συμμαχίαν*. 3, 33 *ὠφέλειαν... τινά*. 9, 48 *εἶναι νόμιμόν τινα... τὸν πόλεμον*. 16, 4 *ἐν τινι τοιοῦτῳ καιρῷ*. 18, 50 *ὥσπερ ἐπὶ λοκρασίαν τινά*, ibid. 271 *φορὰν τινα πραγμάτων*, ibid. 280 *λόγων ἐπιδειξίν τινα*. 19, 244 *θεός νύ τις*, ibid. 256 *δαίμονιάς τινός... ἔνδειγμα*, ibid. 259 *πολλῆς τιнос εὐτυχίας... δεόμενον*. 20, 6 *εὐθείας τινά δόξαν*, ibid. 18 *λόγον τῷ ἔχον*. 21, 29 *φθόρον τινά*, ibid. 166 *καινὴν ἱππικὴν τινα πεντηκοστήν*. 22, 17 *τοιοῦτον ἔρεῖν τινα... λόγον*, ibid. 75 = 24, 183 *πλούτον τινά δόξαν*. 23, 64 *ζῆλόν τινα*. 30, 24 *ἀπλοῖ τινες εἶναι... δόξοντες*. 36, 14 *χιτωνίσκον τινά*. 38, 7 *φανερὰν* (sc. οὐσίαν)... *μικράν τινα*. 39, 32 *ὑβρεὶ καὶ ὑπηρείᾳ τινί*. 54, 9 *βλασφημίαν ἔχει τινά*, ibid. 13 *οὐ μετρίως τινάς... πληγὰς*, ibid. 14 *παροίνους... τινὰς καὶ ὑβριστάς*, ibid. 20 *ἰθύφαλλοί τινες*, ibid. 38 *ἀράς τινὰς δεινὰς*. (11), 8. *ῥοπήν ἔχει τινά*. (25), 43 *παρακινδυνευτικοῦ τιнос... λόγον*. (48), 16 *ὑποψία τις*, ibid. 24 *κατὰ τύχην τινά καὶ δαίμονα*. (53), 22 *μαρτυρίαν τινά*. (59), 41 *ἐπὶ προσχήματος ἤδη τινός οὔσα*. (61), 40 *δι' ἐπιστήμης καὶ μελέτης τινός*. prooem. I, 1 *περὶ καινοῦ τιнос πράγματος*. — *δεινὰ πάσχειν*]. Hoc idem fere valet ac *δεινὰ φασὶ πάσχειν*, quod passim reperitur, cf. 29, 14; 36, 45; 39, 2; (35), 45; (43), 60; (58), 47 al. Eodem fere sensu usurpatur *δεινοπαθεῖν* (40), 53 *σχετιάζων καὶ δεινοπαθῶν*. De locutione *δεινὰ πάσχειν* v. G. Gebauer, de hypotacticis etc., p. 269 sq. — *καὶ εἰς τοσοῦτον ἀναισθησίας προήκουσιν* (*ἤκουσιν* libri A^a r), *ὥστε*] „ad tantum procedunt stuporem, ut“. Cf. locum similem 22, 74 = 24, 182 *εἰς τοῦθ' ἂν ἀναισθησίας καὶ τόλμης προεληλύθασιν* (*ἐληλύθασιν* libri A^a kr) *ὥστε*. *Προήκω* praeterea legitur 3, 1 (*ὁρῶ... τὰ πράγματα*) *εἰς τοῦτο προήκοντα*, *ὥστε*), *ἀναισθησία* 18, 128; 21, 153; 22, 64; epist. III, 8. Locutiones huiusce similes, quibus verbum movendi iungitur cum praepositione *εἰς* et pronomine *τοσοῦτον* sive *τοῦτο*, ex quo plerumque pendet genetivus, oratoribus maxime sunt in deliciis; apud Demosthenem plus quinquaginta exempla inveniuntur. Cf. praeter locos laudatos 3, 9; 4, 37. 47; 6, 2; 9, 1. 2. 54; 18, 22; 21, 12. 62. 65. 194; 22, 16. 65. 78; 23, 132. 173; 24, 172. 186; 27, 25. 31. 46; 36, 46. 47; 37, 13; 38, 5; 45, 73. 83; 54, 6; 57, 64; (12), 3. 4. 6. 12. 16. 20; (25), 60. 61; (33), 19. 22; (40), 28. 49; (47), 28. 59; (52), 28; (56), 3; (58), 22; (59), 72; (61), 8. Verba movendi occurrunt haec: *ἀφικνεῖσθαι*, *ἐρχεσθαι*, *προερχεσθαι*, *ἤκειν* *προήκειν*, *καθίστασθαι*, *περιστάναι*, *προάγειν*, *ἐπάγειν*, *προβαίνειν*. Genetivi, qui pendunt ex verbis *εἰς τοσοῦτο(ν)*, *εἰς τοῦτο*, fere semper expriment vituperationem, ut *ἀγνωμοσύνης*, *αἰσχύνης*, *αἰσχροκερδείας*, *ἀμαθείας*, *ἀναιδεύας*, *ἀναισθησίας*, *ἀναισχυρίας*, *βδελυρίας*, *δικῶν*, *δυσμενείας*, *εὐθείας*, *ἐχθρας*, *θράσους*, *μανίας*, *παραιοίας*, *παραιομίας*, *πλεονεξίας*, *πονηρίας*, *ῥαθυμίας*, *τόλμης*, *ὑβρεως*, *φανό- τητος*, semel laudem 21, 12 *φιλανθρωπίας καὶ εὐσεβείας*. Adde 22, 16 *εἰς τοῦτ' ἐλήλυθε τοῦ νομί- ζειν αὐτῷ καὶ λέγειν καὶ γράφειν, ὥστε*. Denique huc referri possunt hi loci: 3, 3 et prooem. I, 3 *εἰς πᾶν μοχθηρίας προερχεσθαι*. 54, 13 *εἰς πᾶν ἐλθόν*. 4, 9 *οἱ προεληλύθεν ἀσελγείας*. 21, 17 *οὐδ' ἐνταῦθ' ἔστι τῆς ὑβρεως*, ibid. 131 *ἐφ' ὅσον φρονήματος προεληλύθε*. 22, 52 *τοσαύτην ὑπερ- βολὴν ἐποίησατο τῆς αὐτοῦ βδελυρίας*. 23, 201 *οἱ τοσαύτην ὑπερβολὴν πεποίησιν τῆς αὐτῶν αἰσχροκερδείας*. 37, 14 *τὸ πρῶμ' ἐνταῦθ' εἰσῆλκει*. 37, 42 *ἐνέλειπεν οὐδὲν ἀναιδεύας*. 37, 45 *οὐδὲν οὐτ' ἀναιδεύας οὐτε τοῦ ψεύδεσθαι παραλείπει*. (32), 9 *τοσοῦτον ὑπερβέβληκεν ἀναιδεία*. (40), 58 *εἰς τοσαύτην ὑπερβολὴν τόλμης ἤκουσιν*. Coniunctio *ὥστε*, quae plurimis locis sequitur, saepius regit indicativum (tricies bis) quam infinitivum (ter decies). Ex aliis oratoribus exempla collegit L. Lutz, l. l., p. 14 sq. — *τὸν ἀπαξ εἰρηκότ' ἂν καλέσωσιν ἀναιδῆ, σφῶς αὐτοὺς τοὺς πάντα τὸν βίον καλοὺς καγαθοὺς νομίζεσθαι*] Sententia est: „Opinantur fore, ut, si quem, qui semel contionatus sit, impudentem dixerint, ipsi, qui per totam vitam contionentur, boni honestique habeantur“. Hunc locum F. Blass (l. l., III, 2, p. 249) ad adolescentem Demosthenem refert, quem veteres narrant, cum primum apud populum orationem haberet, irrisum atque explosum esse¹²⁹). Notandum est coniunctionem *ἂν* = *ἐάν* positam esse post verba *τὸν ἀπαξ εἰρηκότα*, quo plus gravi- tatis haec habeant, fortasse etiam ut hiatus *οἷονται ἂν* vitetur. Cf. F. Blass, l. l., III, 2, p. 142. Alibi quoque coniunctiones *ἐάν* (*ἂν*) et *εἰ* postponuntur, cf. 19, 203 *ταῦτ' ἐάν λέγῃ*. 23, 106 *ταῦτ' ἐάν λέγωσιν*. 36, 34; 39, 17 *ταῦτα δ' εἰ μή... συνέβη*, ibid. 23; 45, 88; (26), 27; (56), 27. Ante πάντα τὸν βίον F. Blass iure inseruit articulum *τούς*, qui ex praecedenti voce *αὐτοὺς* facillime

¹²⁹) Cf. Plut. Dem. 6 sq. An seni sit, ger. resp. 23. Vit. X orat. p. 845 a.

suppleri potest; nam sententia postulat, ut ei, qui semel in contione dixit, opponantur oratores illi, qui semper vel totam per vitam id faciunt. Similitudo quaedam intercedit inter hunc locum et 24, 124 *εἴτα προσηλαζίζουσιν ὑμᾶς ἰδίᾳ τοῖς λόγοις, ὡς αὐτοὶ καλοὶ καὶ γὰρ οἱ*, ubi Demosthenes item atque actor huius litis de superbia ac malitia oratorum perditorum queritur. Cf. etiam prooem. XLVII, 2 *εἰ γὰρ ῥήτορες δεινοὶ μᾶλλον εἶναι δοκεῖν... προελόντο, οὐδ' αὐτοὶ καλοκἀγαθίας ἄν... ἀμφισβητοῖεν*. 3, 22. 29; 8, 66; 20, 166 (ὑπὸ τῆς τῶν λεγόντων κραυγῆς καὶ βίας καὶ ἀναισχυρίας) 21, 189 *ἐνίοις τῶν λεγόντων... ἀναιδεῖς*, ibid. 205. 213; 22, 37 *τῶν ἡθάρων καὶ συνεσιγνόντων ῥητόρων ἀπαλλαγέσθε*. 23, 147. 201 *διὰ τὴν τῶν κατωράτων καὶ θεοῖς ἐχθρῶν ῥητόρων... πονηρίαν*. 24, 123. 142. 157; (58), 62–63.

§ 20. *Καίτοι διὰ μὲν τὰς τούτων δημηγορίας πολλὰ χεῖρον ἔχει* „atqui propter horum contiones multa in re publica peius se habent“, sc. quam oportet. Cf. 24, 1 *χεῖρον ἔχειν τὰ κοινὰ ποιήσει*. (13), 28. — *διὰ τοὺς δ' οἰομένους δεῖν τὰ δίκαι' ἀντιλέγειν* Cum his verbis conferas 19, 94 *τοῖς τὰ δίκαια λέγονσιν ἀντειπών*. prooem. XXVIII, 2. Pro διὰ τοὺς δέ, quod optime libri exhibent, exspectaveris διὰ δὲ τοῖς. De hac rariore collocatione particulae δὲ vide G. Gebauer, de hypotacticis etc., p. 115. — *διὰ τοὺς... οὐ πάντ' ἀπόλωλεν* Similia leguntur 19, 57 *οὔτε ταῦθ' οὔτω καὶ διὰ τοῦτον ἀπόλωλεν*, ibid. 98 *πάντα ταῦθ' ὑπὸ τοῦτον ἀπόλωλεν*, ibid. 335; 8, 20 *τὰ τῆς πόλεως ἀπόλωλεν ἅπαντα*. 4, 46; 8, 10; 18, 33; 19, 313. 325. 333; 23, 104. In subditiis orationibus talia non inveni — *τοιούτους τοίνυν τοὺς συνεροῦντας αὐτοῖς παρασκευασάμενοι* Cf. 20, 153 *τοὺς δὴ συνεροῦντας νόμῳ*. (44), 3 *ὥστε καὶ τοὺς συνεροῦντας ἐπὲρ αὐτῶν... πολλοὺς πεπορίσθαι*. (40), 9; (44), 39; (59), 115. Vide etiam supra p. 12 et 13. — *καὶ τοσαύτην βλασφημίαν... εἰς λόγον ἡξίωσαν καταστήναι* Sententia huius enuntiat est: „Quamquam non ignorant eis, qui contumeliose de ipsis dicere velint, tantam in promptu esse maledicendi materiam, tamen ad litem descendere animum induxerunt. Prudentius fuit eos hanc litem non inire, cum periculum sit, ne ea ipsa vita turpis et inhonesta eorum detegatur.“ — *τοῖς βουλομένοις φλαυρόν τι λέγειν* Similiter dictum est 8, 23 *τοῖς διαβάλλειν βουλομένοις*. 20, 37 *τοῖς βουλομένοις... βλασφημεῖν*. (56), 1 *τοῖς βουλομένοις αἰτιάσθαι*. Locutio φλαυρόν λέγειν, proprie „vile aliquid dicere“, reddit 20, 13. 102; 21, 119. 208; 22, 12; 24, 127; (13), 36; (40), 48. — *εἰς λόγον ἡξίωσαν καταστήναι* Λόγος hic idem fere est quod „lis, causa“; eodem sensu legitur 41, 4 *περὶ πάντων ἡναγκάζοντ' εἰς λόγον καθίστασθαι*. (33), 34 *εἰς λόγον καταστάς*. Cf. praeterea καθίστασθαι εἰς λόγον 19, 33; prooem. LI; εἰς ἀγῶνα καθίστασθαι 38, 2; (60), 20; prooem. VI, 1; εἰς κρίσιν καθίστασθαι (33), 2; εἰς ἀγῶνα καθίστασθαι 22, 2; εἰς ὑμᾶς καθίστασθαι 41, 7. — *καὶ κακῶς τιν' ἐτόλμησαν εἰπεῖν* Τινὰ est accusativus masculini generis (= ἄλλον τινά), ut 18, 258 *τὸ λυπήσθαι τιν' ἐν οἷς σεμνύνομαι*. De sententia cf. 45, 80 *εἴτα τοιαῦτα ποιοῦν... τὸν ἄλλον τὸν βίαν ἐξετάζειν τολμᾶς*; Non placet lectio κακῶς τι, quam codicem A^a pr. exhibere auctor est E. Drerup (l. 1, p. 588), vel propterea, quod ea efficitur hiatus, qui hac in oratione diligentissime vitatur (v. infra p. 35). — *οἷς ἀγαπητὸν ἦν μὴ πάσχωσι κακῶς αὐτοῖς* „quos contentos esse oportuit, si ipsis nihil mali acciderat.“ Similitudo quaedam intercedit inter hunc locum et prooem. LII *ἀγαπητὸν εἶναι μοι δοκεῖ, ἂν ὅπως μὴ πείσεσθε κακῶς δύνησθε φυλάττεσθαι*. Qui locus favet lectioni οἷς ἀγαπητὸν, ἦν μὴ πάσχωσι κακῶς αὐτοῖς, quam exhibent libri Ar. Cf. etiam 9, 74; 24, 95; 18, 220; (58), 3, quibus locis ex voce ἀγαπητὸν item pendent sententiae condicionales coniunctionibus ἐάν vel εἰ introductae. Praeterea ἀγαπητὸν ter iunctum legitur cum infinitivo (3, 30 = (13), 31; 45, 36; prooem. XXV, 2), nusquam ut nostro loco cum participio.

§ 21. *Τοῦ τοίνυν τούτους ἀδίκους εἶναι καὶ θρασεῖς, οὐδένες ὑμῶν εἰσιν αἰτιώτεροι* Τούτους, sc. et adversarios actoris et patronos eorum; nam digressio de his hic finita est atque incipit epilogus. Cum hoc loco Aristocrateae locus (23, 204 *τοῦ μέντοι ταῦθ' οὔτως ἀλοχῶς προεληλυθέναι... οὐδένες ὑμῶν... μᾶλλον εἰσιν αἴτιοι*) usque adeo congruit, ut F. Blass alterum locum ex altero corrigi velit; putat enim vir doctissimus loco nostro ante vel post ἀδίκους inserendum esse adverbium οὔτως. Omnino Demosthenis Aristocrateae mirum quendam in modum et sentiendi et verbis cum hac oratione congruit (cf. supra p. 12 et p. 21), atque ita quidem, ut quae in hac oratione simpliciter ac tenuiter dicta sunt, eadem in Aristocrateae vi maiore et gravitate repetantur; qua de re F. Blass (l. 1, III, 2, p. 247) verissime dicit illam ostendere nascentem, hanc perfectum oratorem. Ex voce αἴτιος ut hoc loco pendet infinitivus articulo ornatus 20, 42. 59; 23, 152. — *παρὰ γὰρ τῶν λεγόντων, οὓς ἴσθ' ἐπὶ μισθῷ τοῦτο πράττοντας, πυνθάνεσθε* Similia leguntur 15, 33 *τῶν δὲ πολιτενομένων, οὓς ἴσθ' σαφῶς τοὺς τῆς πόλεως ἐχθροὺς*

ῥημένους, τοίτους πιστοτάτους ἡγεῖσθαι. (10), 75 ἴστε γὰρ... τίς μισθοῦ λέγει. Vide supra p. 29 ad § 16. Οἱ λέγοντες, „oratores, qui plurimum in civitate valent“, permultis locis commemorantur, praecipue in publicis orationibus, cf. 1, 28; 3, 21. 24; 4, 44; 6, 27; 8, 1. 12. 67; 9, 6. 38; 14, 25; 16, 23; 18, 173. 277; 20, 150; 21, 189. 190; 22, 11. 37 bis; 24, 198; (7), 22; (10), 70 = 8, 67; (12), 19; (13), 14. 36; (25), 9. 29. 41; (58), 61 bis. 64; prooem. II, 1; XXXII, 1; XLI, 2; XLII, 1; epist. III, 2. Vide etiam supra p. 33 ad § 19. — ποῖόν τιν' ἕκαστον δεῖ νομίζειν, οὐκ αὐτοὶ θεωρεῖτε... τούτους μὲν αὐτοὺς πονηροτάτους τῶν πολιτῶν νομίζειν] Hic quoque locus paene isdem verbis repetitur in Aristocratea 23, 147 οὐδ' γὰρ αὐτὸν πονηροτάτους νομίζετε πάντων, τοῖτοις περὶ τοῦ ποῖόν τιν' ἕκαστον χρὴ νομίζειν πεπιστευκαίτε. Cf. praeterea 19, 245 ποῖόν τιν' ἡγεῖσθαι δεῖ. 36, 31 ποῖόν τιν' ἡγεῖ τὸν πατέρα; 18, 119. 258; 19, 94. 295; 21, 143; 23, 20; 27, 33; 28, 22; (25), 25. 43 (οὐδ' ὁποῖους μὲν τινὰς χρὴ νομίζειν, αὐτοὶ σκοπεῖσθε). 82. — καὶ τοὶ πῶς οὐκ ἄτοπον] Notandum est hanc transeundi formulam, quae pertinet ad argumentum e contrario inferendum, in veris orationibus non inveniri, sed tantum in falsis vel dubiis (17), 21; (26), 8; (34), 37; (40), 31; (44), 52; (56), 23; epist. III, 21.

§ 22. Πάντα δι' αὐτῶν ποιοῦνται] Sententia est: „omnia sibi subiciunt, sibi arrogant vel suo arbitrio faciunt.“ Similis est usus praepositionis διὰ 15, 14 δι' ἐαυτῶν ἐλχον τὴν πόλιν. 19, 76 ἴνα μὴ δι' ὑμῶν αὐτοὺς οἱ Φωκεῖς ποιήσωνται. (10), 5 οἱ δι' ἐκείνου τὰς πολιτείας ποιοῦμενοι. 3, 31; 22, 38; 36, 20; 38, 12; 54, 36; (13), 3. 31; (48), 15; (58), 63. — καὶ μόνον οὐχ ὑπὸ κήρυκος πωλοῦσι τὰ κοινά] „tantum non per praeconem rem publicam vendunt.“ Haec quoque sententia uberius expressa redit in Aristocratea 23, 201 οἱ (sc. οἱ ῥήτορες) τοσαύτην ὑπερβολὴν πεποιήνται τῆς αὐτῶν ἀσχοροκερδείας, ὥστε τὰς τιμὰς καὶ τὰς παρ' ὑμῶν δωρεάς, ὥσπερ οἱ τὰ μικρὰ καὶ κομιδῇ φανὼν ἀποκηρύττοντες, οὕτω πωλοῦσιν ἐπεωνυμίζοντες. Cf. praeterea 18, 177 τοῖς πωλοῦσι Φιλίππῳ τὴν πατρίδα. 19, 141 πωλεῖν τὰ τῆς πόλεως. (7), 17; (11), 18; (25), 46. Μόνον οὐ (οὐχί), „tantum non“, praeter (25), 28. 46. 90 non legitur nisi in veris orationibus 1, 2; 3, 17; 5, 5; 18, 226; 19, 47. 220. 304. 311. 337; 21, 105; 24, 87; 29, 3; 36, 47. — καὶ στεφανοῦν, ὃν ἂν αὐτοῖς δοκῇ, καὶ μὴ στεφανοῦν κελεύουσιν] Simillima est orationis conformatio 19, 226 φίλους τε νομίζειν οὐδ' ἂν ἐκείνῳ δοκῇ καὶ μὴ φίλους. (40), 42. — κυριώτερος αὐτοὺς τῶν ἐμετέρων δογμάτων καθιστάντες] Sententia est: „Suam auctoritatem plus valere volunt quam decreta vestra.“ Similia leguntur 24, 117 τὸ μὲν ἐμέτερον δόγμα... καὶ τοὺς ἄλλους νόμους ἀνθρώπους οἶται εἶναι, αὐτὸν δὲ καὶ τὸν αὐτοῦ νόμον κύριον, ibid. 76 αὐτὸν κυριώτερον τῶν... δικαστῶν ἡξίωσε ποιῆσαι. De locutione κύριον καθιστάναι cf. 6, 35; (26), 8. 13; (44), 22; prooem. XXII, 2; αὐτὸν καθιστάναι praeterea legitur 41, 15; 57, 5. Haud raro ei, qui causas agunt, adversariis crimini dant, quod legibus vel decretis vel iudicii sententiis neglectis omnia suo arbitrio faciant; cf. praeter locos laudatos (35), 54 ἐπειδὴ... τῶν νόμων τῶν ἐμετέρων κραίττων ἐγχειρῇ εἶναι (40), 42; (42), 15; (44), 15. 36; (58), 16. — ἐγὼ δ' ὑμῖν, ὡς ἂν. Αἴθ., παραίνω μὴ] Isdem fere verbis concluditur Demosthenis pro Megalopolitis oratio 16, 32 ἐγὼ μὲν οὖν, ὡς ἂν. Αἴθ.,... παραίνω μὴ κτλ., cf. etiam prooem. XII, 2; XXXI, 1. — μὴ ποιεῖν τὴν τῶν ἀναλίσκειν ἐθελόντων φιλοτιμίαν ἐπὶ τῇ τῶν λεγόντων πλεονεξίᾳ] Sententia est: „Ne studium ac liberalitatem eorum, qui pecunia sua salutem publicam servire parati sunt, obnoxiam reddideritis oratorum cupiditati atque avaritiae.“ Eandem sententiam Demosthenes in orationibus suis identidem profitetur, cf. 4, 5 τοῖς ἐθελούσι ποιεῖν. 20, 166 οὐκ ἀπορήσετε τῶν ἐθελήσαντων ὑπὲρ ὑμῶν κινδυνεύειν. 21, 67 τὸ πάντας ποιοῦν καὶ φιλοτιμεῖσθαι καὶ ἀναλίσκειν ἐθέλειν. 8, 76; 19, 343; 20, 155; 22, 65; 24, 210. 215; adde (50), 64 ἢ τίς ἐθελήσει φιλοτιμεῖσθαι... ὅταν ὁρῶσι μήτε τοῖς χρηστοῖς... χάριν οὖσαν, μήτε τοῖς πονηροῖς... τιμωρίαν παρ' ὑμῶν; De locutione ποιεῖν ἐπὶ τινι, „in potestatem alicuius dare“, cf. 18, 215 παῖδας καὶ γυναῖκας ἐφ' ὑμῖν ποιήσαντες. (58), 61 καλὸν γὰρ... μήτε τοὺς νόμους μήθ' ὑμᾶς αὐτοὺς ἐπὶ τοῖς λέγουσι ποιεῖν, ἀλλ' ἐκείνους ἐφ' ὑμῖν. Frequentius occurrit locutio εἶναι ἐπὶ τινι, „in potestate alicuius esse“, cf. 8, 2. 55; 9, 7. 8; 19, 250; 22, 37. L. Lutz, I 1, p. 115. — εἰ δὲ μή, διδάξετε πάντας] Similis est *enuntiatorum structura epist. III, 27 εἰ δὲ μή, καὶ θεραπεύειν ἐτέρους μᾶλλον ἢ τὸν δῆμον διδάξετε. — τὰ μὲν ὑφ' ὑμῶν προσταττόμενα ὡς εὐτελέστατα διοικεῖν] „ea, quae a vobis mandantur, quam minimo pretio administrare“ Similia leguntur 29, 24 τὰ προσταττόμενα ποιεῖν. 54, 44; 47, 48; 27, 60 τὰ πρὸς τὴν πόλιν διοικεῖν. (61), 55. — τοὺς δ' ἐπὲρ ταύτων ἀναιδῶς εἰς ὑμᾶς ψευσομένους ὡς πλείστον μισθοῦσθαι] „eos vero, qui pro istis impudenter apud vos mentiantur, quam plurimo conducere.“ Hanc quoque sententiam in Demosthenis

orationibus identidem pronuntiatam invenimus, cf. 4, 46 οἱ δ' ὑπὲρ ὧν ἂν ἐκεῖ προῶξη πρὸς ὑμᾶς ψευδόμενοι ὁμῶς ἐνθάδ' ὄσιν. 23, 188 πολλῶν ψευδομένων ἐτοιμῶς περὶ αὐτοῦ πρὸς ὑμᾶς, ibid. 189 ἂν... εὐτρεπίσθηναι τοὺς ἐνθάδ' ἐξαπατήσοντας ὑμᾶς ὑπὲρ αὐτοῦ. Pro ὡς πλείστον F. Blass scripsit ὡς πλείστον coll. § 1 εἰ μὲν ὅτι πλείστοι συνέποιεν. Haec lectio, quam teste G. Dindorfio exhibet etiam A^b, his quoque locis fulciri possit: 24, 218 προδιδύσκειν ἑστ' ἀδικεῖν ὑμᾶς ὡς πλείστον. (50), 29; epist. III, 32. Neque tamen vulgata πλείστον prorsus reicienda videtur, cum notiones ὡς εὐτελέστατα διοικεῖν et ὡς πλείστον μισθοῦσθαι aptissime inter se opponantur.

Haec hactenus de elocutione. Ex eis, quae protulimus, satis apparere existimamus huic orationi tantam esse similitudinem cum veris Demosthenis orationibus, ut vix possit dubitari, quin is auctor sit. An alio modo explicari potest, quod tanta copia verborum, locutionum, sententiarum, quae in hac oratione leguntur, in illis redeunt? Dixerit fortasse quispiam id casu accidisse nec non cum subditiis orationibus nonnulla congruere: at quae cum his congruunt, cum multo pauciora et leviora tum nequaquam tam speciosa sunt quam illa, quae haec oratio cum veris orationibus communia habet. Exempli gratia in mentem revoca, quaeso, miram illam similitudinem, quae intercedit inter hanc orationem et Demosthenis Aristocrateam atque Timocrateam (v. supra p. 12. 21. 26. 33): num talem consensum fortuitum esse dices?

Huc accedit, quod etiam compositio huius orationis, de qua restat, ut breviter disputemus, omni ex parte est Demosthenica. Quod primum attinet ad hiatum, Demosthenem constat „vocum concursiones magna ex parte ut vitiosam fugisse“ (cf. Cic. orat. 41, 51). In hac oratione omissis quattuor hiatibus levissimi generis, qui facillime excusari possunt¹³⁰), vocum concursiones omnino non occurrunt. Quod mihi cum F. Blassio (l. l., III², p. 246) maximum argumentum Demosthenicae originis videtur. Eo magis mirandum est, quod G. Benseler, qui primus de hiatu in oratoribus Atticis accuratius disputavit (l. l., p. 134. 152 sq.) assentiente A. Schaefero (l. l., III¹, append. p. 157) inde causam repetivit, cur haec oratio ut falsa esset reicienda; nam hiatum tanta cum cura vitare ait non Demosthenis, sed magis Isocratis esse; illum tantum „a foedioribus istis hiatibus, qui fiant, cum vocales longae sive diphthongi in fine verborum aliis vocalibus in initio verborum antecedant, abstinuisse.“ Sed licet in hac oratione non tot hiatus insint quot in reliquis Demosthenis orationibus, tamen mira est et ipsa secum repugnat ratio G. Benseleri alias orationes propter plures, hanc propter pauciores hiatus reicientis. Demosthenem constat imprimis in eis orationibus, quas adolescens scripsit, Isocratem imitatum esse¹³¹), qui inter omnes oratores diligentissime hiatum vitavit. Huius morem secutus summus orator in compositione orationum suarum maximam curam posuit neque vero omnes orationes pari diligentia elaboravit ac perpolvit; velut Midiana et Timocratea nonnullaeque privatae orationes minus perfectae sunt quam Philippicae et Olynthicae vel oratio de corona¹³²). Oratio nostra, si vera est, in primis publicis Demosthenis orationibus, ut supra (p. 9) vidimus, numeranda est. Nonne igitur cogitari potest eum in componendas has eloquentiae suae quasi primitias insignem quandam curam impendisse, quo magis auditoribus se commendaret, eamque ipsam ob causam hiatum diligentius quam in aliis orationibus posterioribus vitavisse, praesertim cum eo tempore, quo haec oratio scripta est, Isocratis exemplo nondum se exuisset? Quocum optime convenit, quod etiam in orationibus tutelariis, quas paucis annis ante scripsit, hiatum diligentius fugit quam in posterioribus¹³³). Idem quod de hiatu valet de lege quae dicitur rhythmica, quae ipsa quoque in hac oratione accuratius quam in aliis observata est. Ex hac lege a F. Blassio primo examinata (l. l., III², p. 105 sq.). Demosthenes cavet, ne plus quam duae syllabae breves

¹³⁰) § 2 περὶ ὑμῶν — ἢ οὗτοι, § 9 καὶ ἐκείνοις, § 19 καὶ εἰς. Tribus locis F. Blass in editione sua elisionem, quam alibi ubique adhibuit, adhibere oblitus est § 12 κακείνο ἀλόγως, § 13 οὐδαμῶς ἔστιν, § 14 τάναντία ἕκαστος. ¹³¹) Cf. A. Schaefer, l. l., I¹, p. 292 „Dagegen kann es keinem Zweifel unterliegen, dass Demosthenes sich an Isokrates Schriften zu bilden gesucht habe, . . . und Anklänge an die Redeweise des älteren Meisters beweisen uns, dass Demosthenes in der That mit seinen Schriften vertraut war.“ W. Herforth, Über die Nachahmungen des Isokratischen u. Isokratischen Stils bei Demosthenes, Grünberg 1890, p. 9 sq.

¹³²) Cf. F. Blass, l. l., III², p. 79: „Hingegen enthält die Timocratea ganze Massen, die erst so zu sagen aus dem Rohen herausgehauen sind, Stücke des ersten Entwurfs, die nachher bei veränderter Lage der Dinge bei Seite geschoben wurden und ihren Schliff nie erhielten. Sie sind aber lehrreich für die Art und Weise, in der Demosthenes arbeitete: nämlich die Feinheiten der Composition in Bezug auf Rhythmus und Hiatus blieben vorläufig unbeachtet . . . ; nachher empfing auch dieses seine Gebühr. Diese Glättung fehlt manchmal in Privatreden an vielen Stellen.“ ¹³³) De orationibus tutelariis dicit F. Blass, l. l., III², p. 230: „Die Durcharbeitung zeigt sich alsbald in der ziemlich sorgfältigen Meidung des Hiatus, der in diesen Reden im Princip nicht einmal in den Pausen gestattet ist.“

deinceps sequantur. Hanc legem auctor huius orationis his paucis locis migravit: § 3 *στέφανον οδομένους* — *ἐκατέροις*, § 5 *ἐλαβον οὐδέν*, § 6 *παρασκευασάμενοι*, § 12 *παρὰ νόμων*, § 15 *ἔστι(ν) ἄλογον*, § 17 *τιθεμένων*, § 22 *τὰ μὲν ἐφ' ὑμῶν — ἐντέλειστα διαίξειν*. Allocutiones iudicum omnino quinque occurrunt (semel *ὡς βουλὴ* § 1, quater *ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι* § 3. 8. 12. 22), i. e. in quaternis fere paragraphis singulae. Item res se habet apud Demosthenem, qui in ternis quaternisve paragraphis semel iudices alloquitur, in publicis orationibus fere semper formula *ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι* ¹³⁴). Infinitivus articulo ornatus septies reperitur, i. e. in ternis fere paragraphis semel; cf. § 7 *τοῦ μὲν μὴ περιορῆσαι*, § 11 *τὸ πάντας ἔχειν ἴσον*, § 12 *τὸ πρὸς τὰ ταῦτα πρῶτος ἔχειν*, § 15 *μετὰ τοῦ παθεῖν*, § 17 *τοῦ δοκεῖν ἐπικειεῖς εἶναι*, § 21 *τοῦ τόνειν τούτους ὁδίζους εἶναι*. Hunc infinitivum Demosthenes quoque maxime in deliciis habet; nam in publicis orationibus eum in ternis fere paragraphis semel, in privatis paulo rarius usurpat ¹³⁵). Porro Demosthenis est, imprimis in eis orationibus, quas adolescens conscripsit, interdum rarioribus sive asperis sive tropicis vocibus uti. (Cf. F. Blass, l. l., III, ², p. 85 sq.) Huius orationis sermo quamquam plerumque simplex ac tenuis est, tamen eiusmodi vocibus non prorsus caret, cf. § 9 *οὐχὶ φοίτουν*, § 11 *βραβεύοντων*, § 13 *ἀνεν κηρυκείων βαδίσαι*, § 17 *ὥσπερ περὶ νικητηρίων*, § 19 *ὥσπερ ἱεροσάνην*, § 22 *ὑπὸ κήρυκος πολλοῖσι τὰ κοινά*. Alia Demosthenis consuetudo est duo vel plura verba synonyma copulare (cf. F. Blass, l. l., III, ², p. 97 sq.); cuius consuetudinis satis multa exempla in hac oratione exstant, cf. § 3 *χορὴν μὲν οὖν καὶ δίκαιον ἦν*, § 11 *δοῦσι καὶ κολάζουσιν — τὸ πάντας ἔχειν ἴσον καὶ δημοκρατεῖσθαι*, § 13 *ἄγει καὶ φέρει — ἀνδροληψίας καὶ σύλας*, § 16 *συνκατηγοροῦντων καὶ πικρῶν ὄντων*, § 17 *ὀλιγοροῦσι καὶ πάρεργα νομίζουσιν*, § 21 *ἀδίκους καὶ θρασεῖς*. Iam vero figurae, quibus Demosthenem omnium oratorum pulcherrime ac splendidissime orationes suas illuminasse constat, in hac oratione, quamquam non abundant, tamen pro parvo eius spatio satis crebrae sunt. Veluti antitheses et interrogationes rhetoricae passim reperiuntur; de illis cf. imprimis § 5. 7. 11. 12. 14. 15. 17. 18. 20. 21. 22; de his § 4. 6. 7 bis. 9. 11 bis. 15. 21; praeterea occurrunt: anaphora § 7 *ὅτι μὲν... ὅτι δέ*, § 11 *ἐὰν μὲν... ἐὰν δέ*, hypophora § 5 *καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό γ' ἔχονεν εἰπεῖν*, praemunitio sive prodiorthosis § 10 (v. supra p. 22 sq.), ironia § 17. 18. 19 (v. supra p. 29). Paulo frequentiores quam hae figurae, sententiarum sunt figurae verborum, ut homoioteleuta § 3 *ἐνεκομήσαν... ἐβλασφήμησαν*, § 8 *προδεδωκέναι... λελουπέναι*, § 9 *κρίναντες... στεφανώσαντες*, § 10 *ποιήσατε... κολάσαιτε*, § 11 *ἐνέξεται... τεύξεται... φαίνεται*, § 16 *συνκοφαντοῦντες... συνηγοροῦντες*, § 17 *ἀμελοῦσιν... ἐπηρετοῦσιν*, paronomasia § 15 *λάθωσι... ληφθῶσι*, § 19 *μετέχοντες... ἔχοντες*, § 20 *κακῶς εἰπεῖν... πάσχουσι κακῶς*, § 22 *ἐθελόντων... λεγόντων*. Has verborum figuras Demosthenes quamquam in universum haud ita crebro usurpat, tamen praecipue in orationibus tutelaribus satis frequenter adhibuit. Cf. F. Blass, l. l., III, ², p. 230.

Jam ad finem pervenimus. Satis demonstrasse nobis videmur, quod eramus demonstraturi, orationem de corona navali ab ipso Demosthene profectam esse. Nam in causa nihil inesse, quod huic opinioni obstet, vidimus, dispositionem summo oratore dignam esse intelleximus, elocutionem et compositionem verarum eius orationum simillimam esse ostendimus. Et quod maximum est, nonne tota oratio Demosthenis ingenium quasi spirat? Nonne idem vigor et ardor, non eadem gravitas et acerbitas, non eadem libertas et animus virilis, non idem patriae amor ac studium, quae omnia in Demosthene tantopere admiramur, ex hac quoque oratione, quamvis sit brevis, elucet? Nonne multa, quae hic leguntur, velut querelae de oratorum malitia, de civium inertia, de sociorum vexatione, in optimis Demosthenis orationibus, Olynthiacis, Philippicis, Midiana, Aristocratea, eodem fere modo tractantur? Nonne hic in rem navalem, de qua haec oratio est, iam adolescens animum intendit, non totam per vitam incommodis malisque rei navalis Atheniensium, quae in hac oratione tam aperte deteguntur, mederi conatus est, cui rei cum aliae eius orationes tum Androtionea et oratio de symmoriis sunt testimonio? Jam supra (p. 11) diximus eius, qui hanc litem orat, minus videri interesse coronam, de qua lis orta est, impetrare quam quibus malis laboret cum res maritima tum tota res publica Atheniensium exponere. Hac ex parte similitudo quaedam intercedit inter hanc et alteram illam Demosthenis multo clariorem de corona orationem, qua item optimus ille vir minus id spectat, ut corona aurea, quam Ctesiphon ei dandam proposuerat, donetur quam ut suam agendi rationem defendat atque beneficia sua et merita per totam vitam in patriam collata quam copiosissime explicet.

¹³⁴) Cf. J. Eibel, de vocativi usu apud X oratores Atticos, Wirceburgi 1893, p. 10 sq.

¹³⁵) Cf. R. Wagner, de infinitivo apud oratores Atticos cum articulo coniancto, Squirsinae 1885, p. 3.

deinceps sequantur. Hanc legem
 οἰομένους — ἐκατέρους, § 5 ἐλ-
 ἄλογον, § 17 τιθεμένων, § 22
 omnino quinque occurrunt (semel
 quaternis fere paragraphis singulis
 paragraphis semel iudices alloqui
 Infinitivus articulo ornatus
 μὴ περιορῆσαι, § 11 τὸ πάντα
 παθεῖν, § 17 τοῦ δοκεῖν ἐπικε-
 Demosthenes quoque maxime in
 graphis semel, in privatis paulo
 bus, quas adolescens conscripsi
 (Cf. F. Blass, l. l., III, 2, p. 230).
 tenuis est, tamen eiusmodi vocibus
 § 13 ἀνὲν κηρυκείου βαδίσαι,
 κήρυκος πωλοῦσι τὰ κοινά. Ad
 copulare (cf. F. Blass, l. l., III, 1,
 exstant, cf. § 3 χρῆν μὲν οὖν καὶ
 καὶ δημοκρατεῖσθαι, § 13 ἄγει
 πικρῶν ὄντων, § 17 ὀλιγορροῦσιν
 figurae, quibus Demosthenem
 nasse constat, in hac oratione, o-
 sunt. Veluti antitheses et inter-
 7. 11. 12. 14. 15. 17. 18. 20. 21.
 runt: anaphora § 7 ὅτι μὲν...
 γ' ἔχον ἐλεῖν, praemunitio sive
 p. 29). Paulo frequentiores qua-
 teleuta § 3 ἐνεκορμίσαν... ἐβ-
 στεφανώσαντες, § 10 ποιήσαντες
 φαντοῦντες... συνηγοροῦντες, §
 θῶσι, § 19 μετέχοντες... ἔχον
 λεγόντων. Has verborum figurae
 tamen praecipue in orationibus t-

Jam ad finem pervenimus
 orationem de corona navali ab ip-
 huic opinioni obstat, vidimus, o-
 et compositionem verarum eius o-
 tota oratio Demosthenis ingenium
 acerbitas, non eadem libertas et
 Demosthene tantopere admiramus
 multa, quae hic leguntur, velut qu-
 in optimis Demosthenis orationib-
 tractantur? Nonne hic in rem n-
 non totam per vitam incommodis
 deteguntur, mederi conatus est
 symmoriis sunt testimonio? Jam
 interesse coronam, de qua lis or-
 tota res publica Atheniensium ex-
 et alteram illam Demosthenis mi-
 minus id spectat, ut corona aure-
 agendi rationem defendat atque
 copiosissime explicet.

¹³⁴ Cf. J. Eibel, de vocati-

¹³⁵ Cf. R. Wagner, de inf-

migravit: § 3 στέφανον
 παρανόμων, § 15 ἔστι(ν)

Allocutiones iudicum
 τοι § 3. 8. 12. 22), i. e. in
 m, qui in ternis quaternisve
 ula ὁ ἄνδρες Ἀθηναῖοι¹³⁴).
 aphis semel; cf. § 7 τοῦ μὲν
 ράως ἔχειν, § 15 μετὰ τοῦ
 εἶναι. Hunc infinitivum
 us eum in ternis fere para-
 est, imprimis in eis orationi-
 ve tropicis vocibus uti.
 am plerumque simplex ac
 τουσιν, § 11 βραβεύοντων,
 περ ἱεροσύνῃν, § 22 ὑπὸ
 plura verba synonyma
 alta exempla in hac oratione

— τὸ πάντας ἔχειν ἴσον
 16 συγκατηγοροῦντων καὶ
 καὶ θρασείας. Iam vero
 ssime orationes suas illumi-
 o eius spatio satis crebrae
 de illis cf. imprimis § 5.

15. 21; praeterea occur-
 ra § 5 καὶ μὴν οὐδ' ἐκείνῳ
 οῖα § 17. 18. 19 (v. supra
 e verborum, ut homoi-
 μπέναι, § 9 κρίναντες...
 ... φαίνεται, § 16 συζο-
 sia § 15 λάθωσι... ληφ-
 ακῶς, § 22 ἐθελόντων...
 haud ita crebro usurpat,
 F. Blass, l. l., III, 2, p. 230.

quod eramus demonstraturi,
 causa nihil inesse, quod
 intelleximus, elocutionem
 quod maximum est, nonne
 or, non eadem gravitas et
 e studium, quae omnia in
 brevis, elucet? Nonne
 tia, de sociorum vexatione,
 tocratea, eodem fere modo
 lolescens animum intendit,
 in hac oratione tam aperte

Androtionea et oratio de
 litem orat, minus videri
 ret cum res maritima tum
 dam intercedit inter hanc
 qua item optimus ille vir
 t, donetur quam ut suam
 in patriam collata quam

1893, p. 10 sq.

functo, Squirsinae 1885, p. 3.